

Casa (R)  
Gab.  
Est.  
Tab. 37  
N.º 10



22  
Coemeta

Catalogus



## Primus

Cataldi aquile liber primus ad emilia  
n uelē philosophātissimū portugalie  
regē. ethiopie maritime et indie. d.



Mest aviris: iocūda deo: superūq; cateruis  
Lū gemitu: fletuq; cano: reditūq; p auras  
Alphonsi in patriā: falso quē cetera lugent  
Extinctū: eterno cū multis vere fruentem.  
Tū patris/ matrisq; graues ī gaudia luct<sup>9</sup>

Tum varij populi: pro re pro tempore versos.

Sacraq; cum ludis ebure/ festosq; hymeneos:

Jura diem functi successit auunculus heres

Emanuel: summo regnis electus olympo:

Ipse pius: belloq; feror: mirandus vtroq;

Ador letus dominum/ trinum veneratus/ et vnum:

Omnia victuro cantabo secula plectro.

Tu mihi mecoenas: tu sis octavius: et tu

Rex diuine/ precor/ faueas quodcunq; canenti.

In mea tu spira foturum viscera numen.

Ipse licet nostri pars sis non parua aboris.

Jam nec calliope: nec queritur auctor apollo.

Ingenium/ viresq; dabis: tuq; arida pingui

Ipse deora deuoti scriptoris roze rigabis:

Lernere me placido modo si dignabere vultu.

Spero quoq; (aspices rex maxime/ & optime regum)

Jam mea concipient validas precordia vires:

Et facile excelsos potero celebrare triumphos.

Et canere altifono patrum tot gesta tuorum

Larmine: quinetiam magnos equare marones

Sperarem: ac summum nostro contingere celum

Vertice: et haud minimū foret hoc per secula nomen.

Adente tamen cum patre iesum/ diuūq; / hominemq;

Virginis et posco supplex pia numina matris.



Rost letos: festosq; dies: quo tēpore totum  
Rerna cum gente simul colludere regnum  
Resijt: argentoq; auroq; sacros hymeneos  
Et consumatos ebura celebrauit in v:be:

## Liber

Sancterenam versus cunctis plaudentibus altam  
Constituit conferre gradus solamine multo  
Rex pius: ut cuncte mira probitate salutis  
Prospiceret: nam difficiles estate calores  
Hic ardent: illic leuioribus mollius vrunt.  
Ac veluti inensum minimis cum paruula remis  
Lympa ingressa fretum cuncta tellure relicta  
Innumeras cernens ex omni parte profundi  
Esse vias: potior: quenam sit nescit: eundum:  
Iam dubitat: celo supra: stante equore subter:  
Sic me magna loci confundit copia ditis:  
Quid primū aggrediar: quid primū versibus ornem.  
Est locus hispanis multo celeberrimus oris:  
Solis in occasu situs: oceanoq; cadenti  
Finitimus (quantum arbitrio comprehendere possum:  
Aix opito decies ter milia distat ameno)  
Illuc oceanus cubitum leni applicat vnda.  
Quem natura aquile medio tulit aere stanti  
Persimilem: nam largas vtrinque eleuat alas.  
Donec refert caudam pennis equalibus amplam.  
Ante caput lato prospectat pectore ad eurum.  
Hunc lusitanus studio vigilante colonus  
Excolit: et trito meliorem reddit aratro.  
Huius auis sublimis caput: quod vergit ad austrum:  
Prospicit aruorum campos: et messibus aptos.  
Multa sub alarum bacchatur vinea tractu:  
Non minus arboribus varijs q; dulcibus vuis  
Fecunda: antiquis non concessura phalernis.  
Pars postrema sacris confertos arctat oliuis  
Monticulos: multaq; situm conualle figurat.  
Chrysofer irrigua iuxta tagus influit vnda.  
Quam quotiens voluit: potat iouis ales: et haurit.  
Non fons gorgoneus: talem nec tabea campis  
Tam dulcem gustu potanti: tamq; salubrem  
Fundere consuevit scatebris salientibus vndam.  
Quem licet ore bibas avidus sitiēte liquorem:

Primus.

Et licet hinc abeas pleno cum gutture potor:  
Inde tamen crescet vesana cupido bibendi.  
Jam fons archomeni: quem tres coluere decores:  
Queq; syracusias terras arethusa beavit:  
Ledere coguntur tanta virtute nitenti  
Post hac auriferoq; salutiferoq; liquori.  
Quid? q; mostroso si quis palearia collo  
Jam concreta diu vicioso ex aere portet:  
Corruptam seu potus aquam tumefecerit egras  
Fauces: et rane forma: aut testudinis hesit:  
Hanc bibat: ad tempus collum semestre leuatum  
Sordicie: foedoq; malo iam sentiet eger.  
Incertum: vtrum hoc efficiat natura fluenti:  
Et multis: tantisq; bonum id virtutibus addat:  
Seu faciant herene seruata ossa beate:  
Illic detente: et murali mole sepulte:  
Jam pridem hec totum mittit miracula flumen.  
Ex quo virgo loco sanctum dedit optima nomen.  
Nutrimenta hominum: que dat pinguis terra tellus  
Optimus hic mensor: mensura diuidit equa.  
Nam segetum campos: ad solis separat ortum.  
Parte alia arbores foetus: vinetaq; et hortos:  
Committit facilis culture collibus annis.  
Nec hic ille tagus: de quo miranda loquuntur.  
Scriptores veteres: nec vana laude recentes.  
Non hoc eridanus pressis prestantior vndis:  
Utilior ve fluit campo: gentiq; latine.  
Quanquam illum vates fluuiozum dicere regem  
Audeat: et celebri decantet carmine flumen.  
Non aurum solum: verum preciosius auro.  
Tempore continuo prediuite ducitur amne.  
Verum vbi auaricia: vel amore colonus habendi:  
Frumentum falso modio decepit ementes:  
(Hinc etenim galli: et curta cum veste britanni.  
Innumeris satiant arentes nauibus vrbes)  
Ex placido ob causas tumidam couersus in iram;

## Liber

Erundat totum violento gurgite campum.  
Et secum lutulentus agit segetesq; bouesq;  
Quicquid et est tuguri: viridēq; ad nereā defert.  
Vagitum infantum audires: fletumq; viroꝝum:  
Clamantū auxiliū summi de culmine tecti:  
Nec non foemineis hululatus: aera tundi.  
Brunitum: quiuis audiret surdus: acutum  
Porcorum: teneat si forte hāra foeda reclusos.  
Quos gallinarum oblitus: sed tutus ab vndis  
Irridet residens cristatus in arboꝝe gallus.  
Sedulū accurrit lembo piscatoꝝ amicis  
Hoc pacto afflictis: et aqua circū vndiq; ventis.  
Post triduū peccata hominū miseratus agrestū:  
Cessat paulatim: et cursus deponit iniquos.  
Nec solum medio iano: rigido ve decembri:  
Verum etiam apꝝili tagus indignatus inundat  
Felicem terram: et cuncta vbertate nitentem.  
Que tamen adductis vicino ac rure remoto  
Stercoribus multoq; fimo confota parumper:  
Iredditur vberioꝝ: nimioq; beatioꝝ vdo.  
Ad vix ebdomadas septem: si denuo iactent  
Semina: calcatas segetes: penitusq; reuulsas:  
Agricole in triplices reparabunt frugis aceruos.  
Quod si contineat furias has: quinq; per annos:  
IRes miraret nullis aut visa audita ve seclis:  
IProuentum sterilem misero dant arua colenti.  
Si quis forte maris stagnantis nosse secundum  
IPrincipium cupiat: quonam de fonte paternos  
IPost longos annos: post agmina multa laborū  
Utilium rerum largitoꝝ visitet ortus:  
Ihec mihi scribenti non clausas prebeat aures.  
Ipsius exoritur manifesta scatentis origo  
IHispane subter vastum carthagini antrum.  
IHorrendi visu spelea sonantia montis.  
IAdorq; per anfractus: colles transcurrit: et agros  
ITelluris varie: multos solando colonos.  
ITenibus abradens toletum cursibus vrbem:

Primus.

Ad nos diuino nutu: et non paupere cursu  
Venit: vlyream (vel vlyrbona moenia mauiis  
Dicere) perfudit: magnamq; indagine portum.  
Et caput equoreas posuit mansurus ad vndas.  
Que prope sunt digne cantu: versuq; perenni.  
Certa refert hunc fama tagum: senis hostia patris  
Cum primum intrasset: cupidus vidisse penates:  
Maternasq; domos: nymphas habuisse marinas  
Obstantes: magnoq; intranti dira cientes  
Prelia conatu: nullis reticenda poetis.  
Primaq; cymodoce venientis spargit in ora  
Sumere que potuit iactatis equora palmis.  
Lymothoe teneras a fundo dissipat algas.  
Et spissas: iudasq; maris: spumantibus vndis:  
Quas iacit inglaucos oculos intrantis: harenas:  
Cerulea cum persa properans electra niuales  
Expandit palmas: digitosq; iniecit: et vngues.  
Cetera nympharum pelagi: que maxima turba est:  
Viribus: et valuit qualicumq; obsticit arte.  
Nec tamen inualide potuerunt vincere fortem:  
Robustumq; tagum: cupientem visere sedes  
Matiuosq; lares: numerus licet obice multa  
Foeminei maior certasset ab equore sexus.  
Unum de maribus solum tritona tumentem  
Cerulea recinunt venisse ad prelia concha.  
Atrocem credens sufflando sistere pugnam  
Ignarus tubicen: nec ad horrida bella peritus:  
Accendit miseras letali marte sorores.  
At placidas choreas cantuq; sonoq; solebat  
Mereidum struere: et veros inducere amores:  
Sic sedare feras lites: pugnasq; putabat.  
Talia natarum sensit certamina tethys  
Diffusisq; comis: et tundens pectora pugnis  
Accurrit: seq; ad germanica prelia miscet.  
Nec quicquam prodesse valet feruentibus iris:  
Nec mare turbatum celo tollentibus vndis.

## Liber

Clamat: et horribili compellat voce maritum.  
Atq; erat assiduo cursu defessus: et acri:  
Ille senex Connem quando natura quietem  
Abstulit ad vocem consortis percitus imo  
Effundo ad tantum properat titubando tumultū.  
Totus canicies: a summo vertice ad imos  
Usq; capillatus macilento corpore talos.  
Lana pedes longo crini par barba tegebat.  
Mudus: et humane latissima brachia forme:  
Aducosaq; ferens humentia phlegmata tussi.  
Adulorum a collo symphonia vasta sonorum  
pendebat: varie cure: variq; laboris  
Solamen: comites grandes: geminiq; molossi:  
A dextra hic sociant vigiles: alterq; sinistra.  
Atq; ubi certantes natas: natumq; furentes  
Conspicit: ad genitas se vertens voce trementi:  
Et patria pietate monens: discordia vultu  
Mumina presenti: verboq; manuq; minanti  
Placaret hec mihi placatis edidit ore.  
Quis furor in mentes: cognataq; pectora repit:  
Adoribus insolitis que vos insania cepit:  
Audetis primum patrio depellere regno:  
Et penitus domibus proprijs excludere fratrem:  
Non mihi pruiignus: non illi vestra nouerca:  
Mater: diuersis nec nati partibus estis.  
Insanos cohibete animos: cohibete calentes:  
Feruentescq; precor iuuenilis sanguinis iras.  
Et veniam petite: infandoq; absistite bello.  
Non durum: non vos miniū: mundamq; sonātem  
Intrantes isto quondam cepistis honore.  
Non tanais: non sic nilus: nec pleraq; nostris  
Mephibus excepta: caros rediere penates.  
Hic multo utilior: multo fecundior omni  
Dictorum coetu: terras: camposq; rigauit  
Hispanos: repetensq; domum cum laude suorum:  
Pellitur: heu facinus stigmosa labe notandum.

Primus.

An non tot rerum satis est mihi cura mearum?  
Dij precor exaudite preces: audite querelas.  
Tollite decrepitem: me tollite queso labantem.  
Imbellem pedibus: pigrumque et inutile corpus.  
Solvite dij superi: misero mihi solvite vitam  
Intolerabilibus: variisque laboribus actam.  
His dictis: tremulumque caput: tremulamque senectam:  
Fessus: iter carpens: tremulo cum murmure motat.  
Cerulee: ingenuo excusant commissa pudore.  
Affecteque dolore gravi miserabile plorant.  
Se nescisse suum: propter complurima: fratrem.  
Lanicie immixti muscosa per ora capilli:  
Diversusque habitus: prima maturior etas:  
A nobis sensus omnis: mentesque tulerunt.  
Verba senex non vlla refert: redit unde vocatus  
Venerat: et moestas leto cum fratre relinquit.  
Landida lux aderat: maius vicina calendis:  
Vere nouo: letis quando florentia campis  
Stant folia: arboribusque sedes cum garrula questus  
Promit avis: cantusque ciet philomena canoros.  
Diversa immiscens variatos voce tenores.  
Quattuor hinc licet: aut ad summum quinque diebus  
Illuc pergenti moderatis passibus esset  
Totum iter: egressi ob solatia mille morantur  
Tardius: et tandem almerim vestigia ponunt.  
Quod castrum excelsa fundatum turre: locatur  
In medio totius agri: duo milia contra  
Sublimem intersunt (lustrantis patris abortu  
Unde oritur zephyrus) medio iam flumine villam  
Si villam fas sit: non claram dicier urbem.  
Hunc cunctis certare locum cum vatibus ausim  
Esse quod elysium memorant: vel forsitan ipsum  
Elysium: quidem lauto: summeque beato  
Accedat maius: quam tali vivere celo.  
Et finire dies: animamque extendere morti:  
Vesperidum fructus prisci mirantur: et hortos:

## Liber

Ditiae et alcinoi celo pomaria tollunt:  
Non dum illo almerim diuine tempore terre  
Constiterat: nec tale solum cum talibus aruis  
Venerat in lucem: sub terram inarata latebat  
Innumerabilium virtus vberima rerum.  
Sed postquam inuictus bello: et cumulatus ob omni  
Virtutum: morumque pater: primusque iohannes:  
Auctor magnarum: septe pugnatore et vrbis:  
Tam dignum fundauit opus: cepere per agros  
Ad mille manus: et mille boues: aperire latentes  
Thesaurus: nostra longe campania tellus  
Frumento: vinoque minor: nec bethys oliuo  
Alterius sese primam ditissima iactat.  
Jam nunc sicani campi: iam grandia cedunt  
Horrea nobilium quondam appellata quirinum:  
Bis: terque: interdum quater: ipso vernat in anno.  
Letus arat: letusque serit. metit arua colonus  
Letior: et fruges centeno fenore plenus  
Reddit ager: statimque velit si voluere terram  
Adollitam: poterit duris iacere hordea aristas.  
Collectis: tutoque loco: crumeraque repostis:  
Jam decollato milium breue seminat agro.  
Emathij: illicito quibus exarsere duello  
Affines: clarique duces: patrieque tyranni.  
Iure locum nostris cedant: aruisque beatis.  
Singula quid referam: tanta est clementia celis  
Temperiesque loci: voluentis quolibet anni  
Tempore: conseruet sanos: et nesciat egros.  
Nec non moesticiam innatam: aut aliunde receptam:  
Que corpus: mentemque grauatur: penitusque trucidat:  
Funditus euellit: totamque in tartara trudit.  
Et nocui: moestique loco letantia figit.  
Nulla palus vdo: tetroque infecta liquore:  
Horribiles visu refouet: ranaeque molestas.  
Bufo horrendus abest: nocuusque: et surdior aspis.  
Certa venenoso nequaquam est vipera tactu.

5.  
Primus.

Non ursus: tigris ve feror: non dentis acuti  
Lanus aper: non est rabies inimicus ouili  
Adansueto lupo: et varie vulpecula fraudis.  
Et que multa nocent animalia: cernere nulli  
Contigit in toto querenti cernere campo.  
Que tamen occurrent vicinis horrida lucis.  
Lanose pascunt pecudes cum mitibus agnis.  
Et vacce: tauriq; truces: vituliq; petulci.  
Nec domitorum armenta boum: passimq; vagantū  
Enumerare licet: numero cum longius illo  
Nil credam: quotiens vndosum gramine campū  
Percurro: nostras imis mugitibus aures  
Adulcent: imbellisq; pecus balatibus addit  
Leticiam: tristisq; leuat de pectore curas.  
Adq; audire iuuat pecus: et delectat vtrunq;  
Execratum animal: mihi rictu: et voce molestum:  
Querenti in campo lepores: ipsosq; fuganti  
Radices fodiens: et cum radicibus omnem  
Inumentem terram turpi pinguedine porcus  
Sepius occurrit: de tot mihi milibus vnum  
Displicet: a proprijs quesita animalia lustris  
Excitat: et varias cogit mutare latebras.  
Quocunq; ingrederis: se sponte cuniculus offert.  
Et citus ad notum: paulum clamaueris: antrum  
Effugit: aut aditu tacitus speculatur in antri.  
Quid volucres narrem innumeras? cāpoq; patētis:  
Nec non littozibus passim discrimine nullo  
Estatesq; hyemesq;: ad semina iacta volantes?  
Quarum ego (sic viuam felix) si nomina scirem:  
Non dedignarer nostra: pro more: thalia  
Dicere: de alitibus tantis meliora notemus.  
Anseribus veratur ager siluestribus: aer  
Tunditur: insipidis quorum clangoribus alas:  
Erectumq; leuant collum: pulchreq; salutant  
Adansueti: agnoscunt similes genus esse suorum.  
Quid? q; apollineis vilescit holoribus anser?

delectatio huius  
agris

Volucres

anseribus

anfer

Solus

## Libër

Jocundo: gratoq; iuuant: et carmine leni  
Semotos turba: ad faciendâ poemata vates.  
Quid ve grues dicam: res est miranda; vetustis *Quintus*  
Digna notis: estate solent mutasse recessus:  
Et quesisse nouas patrias: vbi frigoza regnent.  
His autem inuenies totius quolibet anni  
Adense: volare locis: et ameno pascere campo:  
Inidificare humenti: atq; oua fouere palude.  
Inaturam fetidi: miseriq; ciconia rostri. *romula*  
Luranti sese spiris infesta colubro  
Vertit: idem crepitans: siluoso insulsaq; nido  
Seruat: et horrifera viuit more volucrum.  
Lanta nec alternas contendit visere sedes.  
Ad nostram hæc terram quã nemo venire notauit.  
Solum improuisam venisse repente videmus.  
Non alte desunt aquile: super ethere pansa *aquila*  
Querentes oculis prædam vegetantibus: ala:  
Grandior aspectu: et que seuior omnibus vna est:  
Has inter volitat: quondam que viscera furis  
Caucasea (vt referunt) laniavit rupe promethi. *Vulturnus*  
Hic tityi vultur diro: pigroq; volatu  
Consequitur socias: pastum aspernata priorem  
Non abit hinc: quanquam proiecta cadauera lōgo  
Sentiât olfatu: terras peragrare beatas  
Baudet: et extremos menses consumit: et annos:  
Jonîa attagen: cuius dulcissimus igni *217*  
Luntarumq; sapor volucrum sanissimus assus:  
Ornat lautorum positus cenacula regum.  
Illiq; assimilis penna: et par corpore perdix:  
(Fulua minus: mollisq; minus raucissima perdix)  
Usq; cateruatim: vel cum perdice coturnix  
Dant venatori centum solatia regi.  
Tris auibus similes tribuit natura volatus:  
Non tamen equales: humile hec volat: altius ille.  
Ketia: vel laquei capiant: vel corniger arcus:  
Accipiter: vel qui volitat supra æra falco:

6  
Primus

Lineus aut hominem bos falsus imagine verum  
Condens: dum simulat: legat intra viscera pastum:  
Regia sunt ipso: et regalia fercula gustu.  
Non ego diuitijs cosmici: lauti ve metelli:  
Pergameis ve bonis: si iugera pauca duobus  
Culta bouum paribus: vaccas totidemq; tenerem:  
Inuideam: nam me felicem hac sorte putarem:  
Ut fruticosus ager: nec habendis aptus aratro  
Frugibus: alueolis: apibusq; ornatus: abunde  
Dat fructum: ceram multo cum melle liquetem  
Quod minime rebar: studiosos ditat egenos.  
Quid memorem varij generis: varijq; saporis:  
Pregrandes: minimos: tractos hoc flumine pisces?  
Copia tanta fluit: quouis venundata paruo:  
Longinquas: nedum vicinas nutriat vrbes.  
Ingenteiq; salis taceo candentis aceruos:  
Montibus assimiles: quales agragante reperti  
Atq; non fuerint: placidi non vnda comachi  
Effecit tales: quapropter ad arma citauit  
Lordatos venetos molli ferraria cultu.  
Quodq; magis mirum: et maiori laude canendum:  
Tot numerata bona: et tantarum comoda rerum:  
A lectore suo non longo limite distant.  
Hec pene e mensa discumbens omnia quiuis  
Prospectu minimo celsa spectabit ab vrbe.  
Ledia corporibus num desit silua fouendis?  
Igneeq; frigoribus pellendis apta ministro?  
Omni ad degende vite non deficit vsum.  
Et: quia posteritas gaudebit noscere: quantum  
Protensi spacium: latiq; sit vberis: extat:  
Quantum vix gallus mannus pertranseat vnum:  
Quadrupedetq; diem: stimulis vrentibus aluum.  
Externos ego complures: patrieq; remote  
Hac transisse scio: non vlla mente morandi:  
Tum captos specie: et campi vbertate patentis  
Indigene probitate noua: virtuteq; gentis:

## Liber

Extremos vixisse dies: finisseq; dulcem  
Al patre ploratos peregrino: matreq; vitam.  
Testis ego nunc ipse mei: nec testis iniquus  
Scilicet hac vna causa: sum ad cetera falsus.  
Nunq; me cupidū leti: mortisq; tremende  
( Si qua mihi recti pars est in pectore sensus )  
Agnoui: semper timidi: cordisq; pusilli:  
Verum vbi vectus equo ( seu irem forte pedester )  
Nūc ipsum peragro: quocūq; in tēpore campū:  
Traiicioq; tagū: nitide: placideq; fluentem:  
Siue velim mediam gressus conferre per urbē:  
Siue foris: vallis perscandere labra profunde  
Vallis non sterili saxo: cretaue tenaci:  
( Quales esse solent multe prope flumina valles )  
Arboze fructifera: et plantata vite referte.  
Tum primum clare spaciosam virginis edem:  
Altaq; francisci mox cerno templa beati:  
Iuncta monasterio trini: quē credimus vnum.  
Planicies eadem picti delubra catelli  
Continet: ingenti fertur qui voce fidelis  
Pro gregibus contra latrasse luposq; canesq;  
Altera vestales sub eodem nomine seruant.  
Qualibet hic apte distincta sacella locantur  
Parte: sacerdotes que ad mystica sacra frequentāt  
Letaq; quāq; domum resonis concentibus ornant  
Organa: nec suavi desunt psalteria cantu.  
Pinnatis muris celsissima cesaris heret  
Regia: que contra delubra notata minatur.  
Quando huc ascendo: cuncta hec taciturnus: et ethram  
Sideream intentus contempro: et aera purum:  
Grande cor ad placite sorbendum pocula mortis  
Qui fueram parui: fibris mihi crescit in imis.  
Et totiens clamo: magni o regnator olympi  
Aspice: et humanis fac me obdormiscere rebus:  
Tolle animam celo: terrisq; relinque caducum  
Venerat vnde prius: mortali semine corpus

Infatiabilibus moriendo vermibus escam.  
 Ad castrum redeo: castro felicius omni:  
 Atq; omni: quamuis pulchra formosius arte.  
 Cui merito meritum regina philippa: volente  
 Fundatore: dedit nomen: solatia totum.  
 Nunciat almerim lingua anglica: iusta marito  
 Visa fuit causa e patria cepisse paterna  
 Nomen consortem: oppidulo et posuisse beato.  
 Hic ergo statuunt celebres percurrere saltus:  
 Et mostrare locos sponse: venatibus aptos.  
 Defessi q; dies paucos captare quietem.  
 Egerat occiduas sol vespertinus in oras:  
 Et tactos loris cursu maiore premebat  
 Fuscus equos: placet in primos irrumpere saltus:  
 Unde leues agitent ceruos: aprosq; frementes.  
 Cum primum e castro turba comitatus equorum:  
 Rex cum regina: et cara cum principe princeps  
 Exit: de silua fruticosa per auia ceruus  
 Experrectus adest: cum ceruo dente minaci  
 Brandis aper: plaudunt iuuenes; plauduntq; puellae:  
 Hunc lentum passu: celerem clamore fugantes.  
 Turba ruit comitum: nec quicquam proficit: obstat  
 Densati frutices: spinosaq; silua ruenti.  
 Dux tunc: emanuel (nunc rex fortissimus) inquit  
 Vos comites canibus fugientem figite ceruum.  
 Ille aper: ille: mihi cursu perdendus: et hasta.  
 Nec ait: et citius verbo dimittit habenas:  
 Et velocis equi ventrem calcaribus vrit.  
 Currit equo: nullos catulos nullosq; molossos  
 Secum agit: auratum gladium precinctus: acuta  
 Vibrabat dextra currens ocysimus hastam.  
 Nil frutices obstant: dum: vepresq; nocentes.  
 Et que obstare duci poterant: vel calcibus audax  
 Conculcat sonipes: vel preterit omnia saltu:  
 Adagnanimo dant cuncta viam: dant cuncta volati  
 Successum: stetit ante feram letissimus actam.

Dentibus infrendens: extensis auribus: ore  
 Sufflat in instantem: et tardus se abdomine gyrat  
 Ad nemus: et cauda crispans et corpore setas  
 Conuoluit frutices: et se conuertit in hostem.  
 Dente acuens dentem iam bellum dente minatur.  
 Sed neqz tentanti bellum fuga: nec mora prodest.  
 Flicet insequitur: validoqz hastile lacerto  
 Figit in vrsinam certo conamine frontem.  
 At ferus infixam probo oscide reppulit hastam.  
 Et spuma: raucoqz sono rotat impete cecus:  
 Ad leuam pronus genuino insultat in ipsum  
 Quadrupedem: quem pene ferit: ni strenuus ictu  
 Letifero indomiti penetret dux viscera verris.  
 Aduenit ante alios solita pietate secutus  
 Alphonsus: carusqz nepos: carusqz sodalis:  
 Et stratum miratur aprum: miratur adustos  
 Dentes: ipse quibus similes elephanta aduncet.  
 Laudat regalem: celeremqz per auia predam.  
 Tum fortunatum vocitat: colloqz lacertos  
 Implicat: et tales offerri cursibus optat.  
 Desinat ergo suum meleager tollere summis  
 Laudibus: et taceat post hac tyrinthius aprum.  
 Ex tantis vnus: cursuqz celerrimus ibat  
 Preceps: petrus homo: tota prudentior aula:  
 Pulchraqz effigie melior: letaqz: grauiqz:  
 Adusarum decus: et rigidi seruato: honesti.  
 Ferret opem domino: quam posset ferre: sereno.  
 Confossamqz feram geminato vulnere gaudet.  
 At subitus lino fluidis sudoribus atrum  
 Siccat: tergendo decusso puluere vultum.  
 At phrygio enee quondam noctesqz: diesqz:  
 Siue domi: seu sorte foris: longum ve per equos  
 Seu terram: comes assiduus pergebat achates:  
 Sic ducis herebat lateri emanuelis: ad omnem  
 Hic vir fortunam constanti mente paratus.  
 Post hunc accelerat gonsaluus gutture rauco:

Venator leporum (quem circumfusa sequuntur  
 Turba canes) credens solitam per devia praedam  
 Excitam: cupidus silue: cupidusq; ferarum:  
 Immemor et legum: totiusq; immemor artis:  
 Quam sibi pegasides mostrarant fonte sorores  
 Dionio: docuit vel quos oenotria mores:  
 Raptabat vittam fessa ceruice solutam.  
 Obstupuere omnes: iuuenili in pectore tanti  
 Robore cum multo virtutem ardere vigoris.  
 Nec mirum: a puero cum sit nutritus honestis  
 Artibus: assuetus nullos vitare labores.  
 Nutricis nullas habuit: care ve parentis  
 Blandicias: rursus molli dulcedine nullas  
 Delicias: quibus ingenium corrumpitur altis  
 Principibus: camera regis seruiatus et aula:  
 Impubes etate: senex virtute: sophiaq;  
 Obstitit aduerse patienti pectore sorti.  
 Aspectu tanto clarebat: et indole tanta  
 (Siqua forent) odijs pulsis: animisq; malignis  
 Integer infensum ad verum vertisset amorem.  
 Siue daret musis operam: seu rebus agendis:  
 Algoris nimij patiens: nimijq; caloris:  
 Ardentem tolerare sitim: tolerare voracem:  
 Indomitamq; famem tranquillo corde solebat.  
 Et minima pro laude suum tam vile putabat  
 Corpus: vt interdum mediocri ductus honore:  
 Se non horruerit magnis offerre periclis.  
 Et quecunq; ageret: tacitus maiora gerebat:  
 Quam verbo cuiqua prudens spondebat amico.  
 Et castam dignamq; deo: celoq; superno  
 Durit in hanc ipsam etatem: perq; omnia vitam.  
 Bellerophonteam speciem: sanctumq; pudorem  
 Excellens: mores veterum superauit auorum.  
 Nam neq; parthenope siculis armata sub antris:  
 Nec cum parthenope modulo soror vtraq; cantus:  
 In sua constantem flexissent vota canentes.

Liber

Non cera clausis: sed apertis auribus audax  
 Sicanium transire fretum potuisset: et audax  
 Sub pede triuisset sirenum et carmina: formam:  
 Tam frugi: et tanto ducens moderamine vitam.  
 Fortior at nulla: nullaq; virilior illo  
 Tot laertiades sapiens cumulauit honores.  
 Jamq; dies aderat: festum seruare verendus:  
 Et sacro socias indixerat ore per vrbes  
 Iusticiam: poena: ac diuina lege sacerdos:  
 Optatam quo se (comitantibus vndiq; regni  
 Principibus: multoq; argento: auroq; superbis)  
 Sancterenā sponsus cum nupta intrare parabat.  
 Atq; profestus erat martis: belloq; ferocis  
 Ille dies: festum quem fecerat ante sacerdos.  
 Quisq; suum infectum preconē iubente reponit  
 Adunus: et ad magnos gestit descendere reges.  
 En gemina dimittit acum cum forfice sartor.  
 Contractusq; pedes curuata ad pectora surgit.  
 Cessat item sutor nitidos tractare cothurnos.  
 Calceus in tabula positus dimittitur alta.  
 Lautā tonsoris metuenda nouacula dextra  
 Ferramentata: minimaq; includitur arca.  
 Quiq; volubilibus cretata vascula palma  
 Contendit formare rotis: fragilem q; lagenam:  
 Figere totigeram figulus iam negligit ansam.  
 Ossutas calo gerulas: ac vlcere foedas  
 Soluit: et ad solitum pastum transmittit: et herbas.  
 Ecce volatilibus cymbis sociante deorsum  
 Natorum magno populo: turbaq; clientum  
 It comes abranti: et studio descendere certat.  
 Non opus hic remis: nec velis: flamine nullo  
 Sponte sua veniunt vnda ducente carine.  
 Fronde coronatus lauri: myrtiq; virentum:  
 Nescires: genitor ne: an de tot filius vnus.  
 Aurea puppis erat: panno decorata nitenti  
 Alc ornata foros: prozani fulgebat ad ipsam:

Diapason  
 ob myrti ad p. m.

nam et  
 Diapason

Non vnus erant hic ornamenta coloris.  
 Antennam coccus velabat purpura malum.  
 Hinc lupus ad citharā cantabat: hic orpheus alter  
 Creditus est cantu violentum sistere flumen.  
 Hinc bernardinus facie: vultuq; benigno:  
 Murato plectro fratrem sociabat amicum.  
 Quid tot prestantū seriem? quid singula fratrum  
 Conscribam? regno: vel summo pontificatu  
 Quilibet ex meritis censetur dignus eorum.  
 Non adeo clara: nec tanta prole beatus  
 Laomedontiades priamus: nec tempore nostro  
 Baluicius: nuper fortunatissimus omni  
 Hesperia: quanta clarescit prole iohannes  
 Almedei comes insignis: comitisq; propago:  
 Fulgozem tantum dextra bellante merentis.  
 Parte alia petrus multo cum remige vectus  
 Nauigio pannis compto: varijsq; tapetis:  
 Expectans medio venientes flumine reges:  
 Ludebat: raucoq; tagum clamore replebat.  
 Nunc tuba flata dabat sonitum nunc tibia cantum.  
 Unda quibus tenuis resonabat: et vndiq; tellus.  
 Ex humili natus: plebea gente: sed ipse  
 Mobilitauit auos propria virtute vetustos.  
 Medum complures natos: pluresq; nepotes:  
 Et de se posthac essent quicumq; minores:  
 Ex meritis fecit generoso sanguine claros.  
 Vir sapiens: prisci plenus grauitate catonis.  
 Consilio magno pollens: et pectore magno.  
 Cui non immerito reges secreta solebant  
 Credere: adhuc per cuncta suo splendore nitescit.  
 Idq; fides: grauitas cogunt: atq; ardua virtus.  
 Omnibus alcauius talem se gessit: et omnes  
 Impleuit numeros: quamcunq; accepit agenda.  
 Quattuor ex natis solum ferrandus adultus:  
 Et maior natu leue: lateriq; paterno  
 Astabat: resonaq; lyra recitare mazonis

Liber

Carmina tendebat: vel que scripsisset amice  
 Ipse sue: musis tener oblectatus amenis.  
 Tandem progreditur comitū stipata ducumq3:  
 Nobiliumq3 virum lux optatissima coetu.  
 Dissociata venit terra: gaudenteq3 celo.  
 Et socer ardenti rex fulgentissimus auro  
 Ad ripam leuis paribus congressibus ibat.  
 Cum sponso regina nouo iam pone sequūtur.  
 Quiq3 erat ante alios meritis clarissimus omnes  
 Sanguineq3 emanuel: studijs spectādus: et annis:  
 Longeuū associat sibi: clare stirpis alumnū.  
 Isq3 fuit soboles prisorum candida regum  
 Ad archio: consilioq3 potens: ac prole virili.  
 Cetera turba locum (vt potuit) sortita decentem:  
 Aut lento sequitur: celer aut precedit euntes.  
 Puluis in astra volat pedibus reuolutus equorū.  
 Nec bene (si quis erat) capiebat gaudia lippus.  
 Nec mora: flumineis cantuq3: sonoq3: nitentes  
 Excipiuntur aquis non vlllo turbine reges.  
 Aureus aurata cum quisq3 in puppe resedit:  
 Et ratibus: minimisq3 agitari nauibus equoz  
 Principibus tantis: ac tanta mole beatum  
 Gaudens spectabat leto noua lumine princeps.  
 Adarsq3 gubernaculum: veli bellona rudentes  
 Seruat: et hortator remorum vocibus instat  
 Admercurius: mediaq3 meat: remeatq3 carina.  
 Et simulac agili tetigerunt remige labrum  
 Alterius ripe: panno: auro: torque grauari  
 Puppi descendunt: deiecto funditus vnco.  
 Qui legatus erat presto lucena: latinis  
 Excepit verbis totius nomine sponfos  
 Concilij: laudatq3 ipsos: laudatq3 parentes.  
 Hastatoq3 auro hinc: atq3 hinc velatus vterq3  
 Sponsus: carpit iter: qualem dedit optima morē  
 Nostra fides: christū: matrēq3 colentibus a'mā.  
 Turatam vicomes freno: totamq3 nitentem

At puer ex multis mulam ducebat agaso.  
 Ipse quoque argenti generosus amictus: et aurum:  
 Vir reges: dominamque equitatem passibus equat.  
 Hic aderant mauri cantuque: modoque triformi:  
 Tundentes palmas: sponsaliaque ore canentes.  
 Corde tamen falsi mahomettica facta colentes.  
 Nec non nasuti vepi: semperque timentes:  
 Vitati quidam: palmis sua sacra ferebant.  
 Psallere congaudent: et ineptis vocibus instant.  
 Huncque chorū allecrus nuperque neophytus ambit;  
 Scurra senex: macieque et paruo corpore foedus.  
 Dente carens: linguaque potens: ut stentora totum  
 Vocibus eruperet: quanuis damnatus in illa  
 Ob scelus infamis pregrande foramen haberet.  
 Ad ore suo risum excutiens: et qualibet arte  
 Adagnatum infidus captans vestemque: cibumque:  
 Tempus adesse videt: digestum stercus aselli  
 Querit: et inuentam silicem pro stercore sumpsit.  
 (Dum properat) captus forma: captusque colore.  
 Tumque sacerdoti primo: habramoque vocato  
 Ingenti ornato mitra: et patulo ore canenti  
 Coniicit in guttur lapidem: tetrumque barathrum.  
 Ille autem iactū a fetido: lesoque palato  
 Conspuit: et geminos iecit cum sanguine dentes.  
 Quos habuit: neque enim plures recutitus habebat  
 Sic periurus pene iocoso strangulat ictu  
 Pontificem: socium legis: sociumque gehenne.  
 Ingens mitra cadit: vanis distincta figuris.  
 Sanguineo apponit dextram perterritus ori.  
 Incuruanque caput tremulum titubando sinistra  
 Colligit excussos: putresque ex puluere barrhos.  
 Quique aderant: risere omnes: risere gementem  
 Judeum: mutilum: ac indignis vestibus album.  
 Aupta verecundos ad sponsum vertit ocellos  
 Subridens: niueum collum: vultusque serenus  
 Cum gemino ardentes sparserunt sidere flammam.

Forte fuit fidei: secteque antonius illic  
 Eiusdem: verbis clamantem mulsit amicis  
 Chirurgus: siquidem posthac se iactat eburnos  
 Facturum: quales nunquam natura dedisset.  
 Ad portam ascendunt: quã alte cognomine marmes:  
 Propterea pario quodque alto marmore constet:  
 Principio ciues legimus dixisse vetustos.  
 Hic vetuli: tremuli que senes: etate negatum  
 Quis fuit inualidis ad primam tendere ripam  
 Corporibus (valido quamque sint roboze mentis)  
 Undique conueniunt: ad dandumque oscula dextre.  
 Inter equos: adeo ceci que auidi que ruebant:  
 Ut: nisi clauigeris multis circumdata: multis  
 Septa satellitibus fuerit qui fuste cateruam  
 Confusam: domineque sinum: dextramque petentem  
 Arcerent: caderet mulierum turba: virumque.  
 Vel fractum ceruice caput cum crure dolendum.  
 Cedere vel dominam instantes: densimque ruentes  
 Retro coegissent: dare vel formosa iocose  
 Terga fuge: et tales fugientem infringere motus.  
 Donec honoratam veniunt ad virginis edem:  
 Que medio constructa foro suscepit ouantes:  
 Intran: et sacra lympha pro more: sacerdos  
 Abluit: a quocumque malo quocumque periclo:  
 Orantes tacito: sacroque expiat ore.  
 Stratus ubique nitet: pendensque ex ordine pannus  
 Loccineus: qui leticie det signa future.  
 Parteque tectorum chordis distentus utraque:  
 Prestabat gratam subter pergentibus vmbra.  
 Ut facies aulea domus pendentia totas  
 Delabant: arabum varias redolentia costas.  
 Hinc lentos fessi ad vicina palatia gressus.  
 Dimittente vias vmbra titane diurnas:  
 Dulce quieturi: spectata nocte tulerunt.  
 Quam fuit illa dies tenebroso candida mundo:  
 Cum primum effulsit massa que chaosque remotis:

Et certam in formā ductis a numine summi  
 (Qua nil mortali melius fecisse videmus)  
 Eterniq; dei: facili celestibus aura:  
 Rebus & humanis: ipsi qui consulit orco:  
 Tam fuit ista dies: albo numeranda lapillo:  
 Leta triumphantī: propter cōnubia: regno.  
 Hec dum sancterene: magnorum ad vota parentū:  
 Luntorum assensu populorū: auraq; geruntur:  
 Concilium vocat omnipotens: diuūq; coronam  
 Constituit: verusq; pater: nostrumq; redemptor.  
 Soleq; splendidior: cunctoq; nitentior astro:  
 Qua micat: et terris horrentia fulmina mittit:  
 Felicole turbe nullo turbante profatur.  
 Jam satis hispani populi: cum matre: paterq;  
 Cum socero socrus: totus pene hactenus orbis:  
 Unica dilecti ceperunt gaudia nati.  
 Postulat etheream sedem nunc candida virtus  
 Illius: et celos intra: vestrasq; choreas  
 Post habitis terris: merito suadente: referri.  
 Dixit: & excelsū verbis tremefecit olympum.  
 Assensit placido celestem maxima vultu  
 Turba beatorum: quid nunc optatius: inquit  
 Gratius aut toti potuit contingere celo?  
 Quam magnus terre princeps insonsq; quiescat  
 Eternum: felix securum ducat et euum:  
 Nobiscum elysijs fracto iam carcere campis?  
 Atq; vtinam in lucem cumprimū est editus almā:  
 Et misera vita plumis venisset apertis.  
 Una tamen coetu contraria surgit ab omni  
 Mater: odoriferos eademq; ancilla capillos:  
 Et niueas perfusa genas ardente rubore:  
 Astitit ante pedes genitoris dulcis alumni.  
 Idem qui natos supra carissimus omnes.  
 Virgoq; virgineo pauca hec effudit ab ore.  
 Ille licet meritis nostro mereatur olympo  
 Angelicas inter turbas: animasq; beatas

## Liber

Viueret: et illius cōmercia sancta plācerent:  
Ultamen afflictam vitam: miserandaq; matris  
Tempora condoleo: priuate lumine tanto.  
Quo sua spes pendet: quo pendent gaudia solo.  
Nec peperit: parietq; alium: quo leniat egram  
Vrentes inter se se moestissima curas.  
Si fecunda foret: vel spes foret vlla nepotum:  
Ad regna heredes: qui ve hec ad iura venirent:  
Utilius terra celos habitaret inani.  
Aditte precor: senio confectum ducere cursum  
Mature: aut saltem de se iam prole relicta  
Liquerit inuisas aucturo semine terras.  
Fulgentem primo post hec archangelus ensem  
Coram rege suo gemina cum lance reponit.  
Quid dubitamus adhuc? animis cōcordib<sup>9</sup> inquit:  
Optatum iuuenem nostro preponere celo?  
Nec lusitanum regnum rectore carebit:  
Si veniet: felix eterno vere fruetur.  
Inq; locum illius succedet maximus heres  
Emanuel: tanto ingenio: virtuteq; tanta  
Preditus: oblatas facile qui tractet habenas.  
Regnorum: vel que ipse suo maorte pararit.  
Frater vt est vnus: sic equum filius vnus  
Prebebit matri lianoze: seq; sorori.  
Vincta redemptoris michaelē affante: quieuit  
Adater: et ad sensum se se conuertit eundem.  
Adurmura leta polo tacito: letosq; susurros:  
Conuentu in tanto diuersa parte notasses.  
Quisq; suam interea fidibus resonantibus aptat  
Barbiton: ac omnem modulatis vocibus artem.  
Expectantq; auidi varijs concentibus altum  
Excipere alphonsum: feliciq; addere turbe.  
Jamq; dies decreta deo: iam fatifer hore  
Generat: optabat quam celi curia: punctus.  
Adortalis quam nemo datam transcendere speret:  
Imminuat quanquā vitijs corruptus: et occet.

## Alquile liber secundus.

**A**lquilem proceres vna cum rege petebat  
 Leticia: cantuq; tagum: cum rosibus ibat:  
 Et flauis celerabat equis se tingere phoebus  
 Oceano: nitidumq; caput: radijsq; decorum  
 Jam pene abdiderat falsis ardentior vndis.  
 Tempore: quo grauidos rabiosa canicula campos:  
 Et terras: ramosq; suis cum frondibus vrit.  
 Cum nemora insipidis oneroso ventre cicadis  
 rauca sonant: similem rana sociante tenorem.  
 Turma equitum: comitūq; ruunt ad litus amenu.  
 Et tum concurrunt: veluti concurreret hostis  
 Africus: et tremulas cannas: hastile iocosum:  
 Bis: ter in aduersos vibrant: dextraq; remittunt.  
 Pars natat: in medio gaudens se mergere riuo.  
 Et modo summa petit: modo se demittit ad imum.  
 Lenuus hic cumulo in salientes desilit vndas:  
 Et caput imbriferū emergens cū corpore nudo  
 Ostentat: properatq; citus conuoluere fundum  
 Kursus harenosum: spatium post lubricus amplo  
 Exit: anhelantes ducens: fessa ilia: folles.  
 Alter amicorum ductu: precibusq; coactus  
 Umbabus palmis reiecta veste natator  
 Scindit aquas: scissis: pro remo brachia iactat.  
 Rex equitat: risuq; probans quecunq; modesto:  
 Stipatus magno spatiat per loca coetu.  
 Ut natus (quia forte propinquā nouerat horam  
 Discessus) hominū turba semotus ab omni:  
 Siderei secum potius sublimia celi:  
 Quam fragilis curas meditans: et inania terre:  
 Currit equo: modicasq; manu dimittit habenas.  
 Non nisi campus erat: via lata: et recta patebat.  
 Nulla silex: nullusq; lapis: nec fragmina toto  
 Littore: si queras: possent quesita videri.  
 Aditis equus: mitis domino parere volenti

Seu ludis agitare leues pro tempore cursus:  
 Siue ferire truces latebrosos montibus apros:  
 Pro re: proq; locis: vngues ponebat: et armos.  
 Magnus alexander non tantum cognitus ipsi  
 Bucephalo: quem nullū sustinuisse toroso  
 Comemorant dorso: nisi notū colla prementem:  
 Quantū erat alphonso: nutum subiectus ad omnē  
 Barbaricus sonipes: non flagrans cursibus ethon:  
 Nec: cum carceribus pollucis cyllarus ardens:  
 Dissus ad optatam preciosa ob premia: metam:  
 Quondam tantus erat. solum sermone carebat:  
 Sed tamen humano capiebat cetera sensu.  
 Emanuel aberat: dilecta per oppida lento  
 Bressu discurrens: animū instaurabat honestis  
 Delicijs: vt qui nunq; vel raro quierat  
 Carus apud proprios populos: veteresq; penates.  
 Id cause fuerat: cum principe: regis in aula  
 Nutritus: nullo momento temporis ausus  
 Linqere germanā: regem: tantumq; nepotem.  
 Omnia spernebat (quanquā damnosa fuissent  
 Lunta futura sibi) retinebant vincula cari  
 Sanguinis: et consuetudo firmata benignis  
 Adoribus: integram potuissent vertere nusq;  
 Et dominis: socijsq; ducis cū corpore mentem.  
 Ergo ioanniades lentis colludit habenis:  
 Et velocis equi spumantia colla refrenat.  
 Solis ob occasum cumprimū nigrui orbis:  
 Sic penitus nulli rutilantes cernere vultus  
 Contingit: phoebea polo post terga relicto.  
 Excidit in preceps equus: et sessorē tenente  
 Apprensam genibus sellam: generosa cucurrit  
 Turba virum: que prestat opem: tollatq; cadentē.  
 Causa fuit puer implicitus: sub crura volucris  
 Ductus equi: nam sponte puer de parte sinistra  
 In dextram properauit iter: quod sepe videmus  
 Accidere: in media: populo spectante: platea.

Compertum nulli quisnam puer unde parentum  
 Quale foret nomen: quo ve hinc aufugerit audax  
 Inter tot pedites equitesq; extrema minantes.  
 Accurrunt comites: et claro sanguine nati.  
 Qua circūfusus turba comitante solebat  
 Ire domo: remeare domum cessantibus oci  
 Adunibus: clamare iesum cognomine christum.  
 Voceq; virgineum magna implorare fauorem  
 Non cessant: subitaq; manu: tremulaq; iacentem  
 Semianimem eripiunt: arius preclara propago  
 Siluarum: camere qui primas qui ve cubilis  
 Regis habet: prope turbato pectore primus  
 Sustulit: alphonfus presto fuit alter (honesto  
 Alboquerca domus genuit quē sanguine) et vna  
 Viribus expositis in plano cespite ponunt.  
 Strata super chlamys: et varius refouebat amictus.  
 Et multis vnus superum secreta deorum  
 Ignorans: et que suprema sede creator  
 Iusserat: horrifico clamans hec verba boatu  
 Rupit: et ad gemitum multos fletumq; coegit.  
 Proh dolor infandum facinus: spes vna parentū:  
 Et soceri: et socrus non postponenda voluptas:  
 Humani generis speculum pregrande: decusq;  
 Corporis: atq; animi virtutibus vnica phoenix:  
 Quadrupedis stulto arbitrio ratione carentis:  
 Venerit indigne ad suprema pericula fortis.  
 At pater ad iaculum fortune segnior: aspros  
 Calcibus inculcans: pectus turbantia: casus:  
 Tardus adit: vultūq; atrum videt: ante serenum.  
 Et geminum: quondam celi duo sidera: lumen  
 Aspicit occlusum: nec respiramina nati  
 Sentit in ore pij: gemit: secumq; volutat.  
 Huc: illuc oculis in frigida pignora fixis:  
 Regales mutat vultu sudante regressus.  
 Et nunc apposita dextra: nunc fronte sinistra  
 Vium exerceri multis properantibus ignem

Casus ex quo qd  
 primus morat  
 affert

Imperat: ad motum calefactat pene cadauer.  
 Redditum et ad primam formam: primūq; vigorē.  
 Tantūmodo infelix sermonis perdidit vsum.  
 At leo magnanimus non arcto carcere clausus:  
 Si quando videt inuisum: velletq; mouere  
 Certamen: nec claustra sinunt: capit horridus irā:  
 Et cauda: facieq; animoq; intrinsecus ardens:  
 Circūquaq; locum calcatis passibus ambit:  
 Sic indignato rex vertens lumina vultu:  
 Alterno gressu natum taciturnus obibat.  
 Hoc fortum pacto: elatumq; amplexibus: intra  
 Adoenā perpetui nimiam vicina fluenti  
 Apportant: fuluas spacium breue diuidit vndas  
 Sancterena: lapidis quantum diuerberet ictu:  
 Contingatq; puer: nam pars hec vltima ville  
 Que cōiuncta tago: magis omni parte remota est:  
 Flumine contiguo preterlabentibus vndis.  
 Hinc prope parua domus postrema valle recepit  
 (Vallis enim sursum saxosa crepidine vtrinq;  
 Sacram augustini recto tendebat ad edem)  
 Impositum scuto lachrymis sociantibus alto  
 Prognatum: et generum tantoꝝ: vincula: regū.  
 Cum ripe alphanen dicunt vulgaria vallem.  
 Nec lesum corpus: tenerumq; afferre licebat  
 Longius: extrema cum celsa palatia starent  
 Parte loci: et motu ascensus grauiore noceret.  
 Pauperis egreditur dominus cū coniuge tecti.  
 Petrus erat: solers piscator: nomen ab illo  
 Forte trahens: tali felix in sorte futurus.  
 Quis lianoꝝ parēs feret hec tibi nuncius? aut quis  
 Helisabet coniunx audebit promere verbum  
 Primum: et horrendi narrare pericula casus?  
 Usque adeo iam nullus erat: cum regius: vstis  
 Sublatus veluti ferientibus aera plantis:  
 Ocyus vxoꝝ: nuruiq; pedissequus atrum  
 Nunciat euentum: insperataq; fata sinistro

Numine: et ad ripas descendere mandat vtrinqz.  
 At placito tecte nido: pureqz columbe:  
 Fundentes gemitū pro grato carmine surdum:  
 Si polus intonuit: vel grandī turbine tellus  
 Adugit: attonite fugiunt: nidumqz relinquunt:  
 Et quonam volitent amissa lege volandi  
 Incerte: donec longinqua sede residant:  
 Sic nurus: et socrus: bine sine felle columbe:  
 Percusse tremuere nouo: tantoqz tumultu:  
 Utraqz de laribus furibunda mente volarunt.  
 Quo furoz: et quo ploratus: clamorqz trahebant.  
 Ah quantū tenerosqz pedes ledebat: et artus:  
 Durum iter insuetis: silices: quas gressibus ipse  
 Triuere infirmis: mouissent: eraqz muta.  
 Quod minime generosa pati prudentia quiuit:  
 Cum primū aduertit tam tristes ire pedester  
 Sic: vt erant phaleris cataphratte: crineqz: mulas  
 Oblatas pauide: membrisqz tremantibus ambe  
 Conscendunt: paucis titubantia corpora forti  
 Donec iter pergant: firmantibus vndiqz dextra.  
 At venere: auide circūsedere cubantem:  
 Hinc mater lachrymas: mouet hic moestissima cōiūp  
 Colloquium: prior hec mater de pectore fundit.  
 Mate repentinū quidnam tibi contigit: et quod  
 Ade miseram: nusquā speratum sentio vulnus:  
 Dic mihi nate: refers nullū cur nate roganti  
 Responsum: nosti ne tuam nate optime matrem:  
 Immemor es nostri: fare: et mihi vita parenti  
 Cum lepida placidos vultus ostende loquela.  
 Ille nihil: tantum gemitus de corde profundos:  
 Hac dum sponte sua: et resupinus voluitur illac:  
 Emitterit: fortis tali sermone maritus  
 Cogitur in lachrymas: subitoseqz erūpere questus:  
 Quiqz aderant: fleuere homines: et mollius intus  
 Demisere animos materna voce seueros.  
 Vera loquar: nostris oculis perspecta: manuqz

Nota mihi: forsan venturo tempore nullam  
 Allatura fidem: tam tetro sponsa dolore  
 Cordis: et a tantis mentis conflictibus acta  
 Exanimata animū (tumido quo sepe solemus  
 Prava: fere recta: et pro pravis recta probare)  
 Omnia dissimulans: lachrymoso percita casu:  
 Non oblita sui virgo perfecta decori est.  
 Coram flere negans: lachrymas sorbebat inanes:  
 Nec pia spargebat madido de lumine rozes.  
 Occulto imbibitis siccata dolore rigabat  
 Viscera: et intentos oculos in coniugis ora  
 Figebat: supplexq; deos orabat in horas  
 Quales vero animos: et qualia corda teneret:  
 Adstrabat vultuq; graui: tristiq; figura.  
 Pauca loquens: animoq; bono: supraq; virilem:  
 Nunc hos: nunc illos sic exhortata monebat.  
 Non esse officium spirantem flere virozum.  
 Sed sanctos placare: deūq;: vt tempora poscunt.  
 En color: en solite: referens: prestantia forme.  
 Solum non loquitur: nulli miranda videri  
 Nec noua res debet: cum tantus: tamq; recenter  
 Obtigerit iuueni casus: nunq; ve cadenti.  
 His verbis motus animi pressere silentes:  
 Oraq; ceperunt siccare madentia: qualem  
 Quisq; habuit panno: sudaria poscere nulli  
 Cura fuit: rugosus erat solamen amictus  
 Cuiq; suus: tersere cadentes fluminis instar  
 Mellitas pluuias: et ab ipso corde fluentes.  
 Supplicibus votis superos: donoq; sabeo  
 Orari instituit rex prouidus.  
 Nox erat: et terris: induxerat atra tenebras:  
 Languida cum riguū viuentum membra sopoꝛē  
 Carpebant: latoq; horrenda silentia mundo.  
 At non in tota sentire silentia posses  
 Sancterena: tacitumq; nihil sub nocte notasses.  
 Horribiles strepitus vario clamore sonabant.

Andiqz sollicito currebant agmine turbe  
Luiusuis generis: scitantes: vnde tumultus:  
Et pavor insolitus tranquille irrepsit vbi.  
Tot tantam diuersa dabant funalia lucem:  
In claram plebea diem gens territa noctem  
Credat conuersam: et melius vestigia firmet.  
Altera lux aderat: nec adhuc de faucibus egris  
(Quod fieri plerūqz solet) lesoqz palato:  
Vox vlla exibat: vite: mortisqz tremende  
Indiciū: vultus viuentis: et ora manebant  
Nunquid apud superas inter qui numina sedes  
Ducebat sermone moras: mortalia credas  
Curare: aut mutire ingrata loquentibus: ex quo  
Decidit: eternos reptens: verosqz triumphos:  
Raptus abit: vacuumqz anima: liquisseqz plenum  
Spiritus: motuqz suo spirabile corpus  
Dicitur: vt bi duo exequias: et digna pararent  
Funera: curriculo leuius maiore parentes  
Cum populis ferrent: qz si violenter ademptus  
Cum cecidit: vite spe non breuiore relicta  
Fret ab incertis regna ad certissima terris.  
Jam dudum solito nigrantes tristior alas  
Indutus: vultum pullatus: et ora volarat  
Nunciū: aerias pennis sublatus in auras:  
Et citius verbo casum per regna dolendum  
Vulgarat: noti primum emanuelis in aures:  
Nature cecidisse decus: cecidisse columnam:  
Que virtute sua: et miro munimine fortis:  
Artificesqz omnes superans: ne tecta labarent:  
Ne ve simul ruerent excelsa palatia tectis:  
Sustentabat opus solidis radicibus altum.  
Perculit accensos animos ducis atra querela.  
Et prudens summi tecti putat esse columnam  
Alphonsum: dominum: fratrem: carūqz nepotem.  
Ecce manus: stantesqz pedes cecidere: caputqz  
In vilem demittit humum: similis morienti.

Flereq3 non potuit: nec: si potuisset: habebat  
 Sumeret vnde pias lachrymas: vitalibus humor  
 Intimus aruerat membris: vdisq3 medullis.  
 Flebilibusq3 modis iuuenis clamare volebat:  
 Heu heu me miserum: vox intercepta dolore:  
 Et totiens repetita nequit prorumpere in auras.  
 Lesa tacet: claudit solitos iam pulmo meatus.  
 Ipse videbatur letale subisse periculum.  
 Tale incerta nouum dederat prenuncia facti  
 Fama: leuis primo: mox aspera: re quoq3 maior.  
 Aut animam afflasse: aut spem nō superesse salutis.  
 Quisq3 aderant varij generis speciosa iuuentus:  
 Longeuiq3 senes (quorum prudentia mundum  
 Lana regit) celerant amplexu tollere lapsum:  
 Tamq3 repentinum dictis sedare furorem.  
 Affuit ante alios cuncta virtute probatus  
 Adoribus et cunctis ad maxima queq3 iohannes  
 Cumq3 nihil facerent: veluti compellere corpus  
 Ad armorem frustra multo conamine tentent;  
 Illius ad vocem ceruicem substulit: atq3  
 Pallentem pene occluso cum lumine vultum  
 Non nihil erexit: viresq3 in pectore fracto  
 Assumpsit: medijsq3 viri requieuit in vlnis  
 Solantis: siquidem generosa hic stirpe creatus  
 A duce primeuis nunquam diuertit ab annis  
 Tanta fides: et tantus amor: doctrinaq3 et artes  
 Comperte iuvene in tanto: tenuere reuinctum.  
 Quinetiam eiusdem duxerunt vbera lactis  
 Infantes: vnamq3 duo nouere parentem.  
 Nec solum camere prima est custodia: verum  
 Totius seruare vigil bona creditur aule.  
 Ut se collegit: paulumq3 in corda recepta est  
 Mura salutaris: famulos iubet ire paratum  
 Vestibus: et cultis ornare altare figuris.  
 Nec prius hinc statuit (quāuis vrgentia cogant)  
 Cedere: diuinam q3 rem pro more sacerdos

Compleat: idq3 facit nato iam sole: fugatis  
 Aduentante die: tenebris: hanc perpulit horam  
 Non multo ante: ducis tam dirus nūcius aures.  
 Verbaq3 francisco non dissimulanda fideli  
 Committit: mandatq3 paret celer ire minister.  
 Hic quoq3 ferrandus geminato nomine fultus  
 Prima elementa dedit domino: grauioraq3 primis  
 Postmodo monstravit: musas qui callet et artes  
 Egregias: magnus consumat magna sacerdos.  
 Nec mora: festinat paucis comitantibus amens  
 Et flens ad miseros torquet vestigia luctus.  
 Non cerere: aut potu moerentia mulserat ora:  
 Et quicumq3 viam longam peragrare paratur:  
 Ieiunus fulcire solet vinoq3 ciboq3  
 Fratrum stomachum: genium ne fraudet amicum:  
 At coi dux alma ducem: coctiq3 phalerni  
 Expertem natura tulit: fastidit odorem:  
 Medum hedera viridi precinctum tēpora iachum.  
 Pro potu lachrymas: pro libis ignea tecti  
 Interiore loco cordis suspiria sumpsit.  
 Quiq3 videbantur passus: distantia centum  
 Millia: triginta cum iam distare tomare  
 (Quod castinaldo regnante nabantia dictum est)  
 Fertile sancterena decliui tramite constet.  
 Jā pulchros oculos: et ad omnia queq3 modestos:  
 Afflictos spissis lachrymis: tumidosq3 videres:  
 Cumq3 tumore adeo sensim rubuisse: madente  
 Dixeris in vultu geminos micuisse pyropos.  
 At primum venit: multos astare frequentes  
 Paruam moesta domum suspiria promere circū:  
 Et gemitus reperit tacito sub murmure pressos.  
 Fuscus in occiduas tepidis ardoribus oras  
 Hesperus: e nimium flagrantibus ire pararat:  
 Intrat: et vt vidit tonso cum vertice corpus  
 Proiectum: nec posse sonos ad verba rogantis  
 Adittere: tum geminās vetitas de corde querelas:

Comprimit admonitus: seq̄ hinc auertit: et extra  
 Egrum animum varijs plorās cruciatibus explet.  
 Solliciti quenq̄ prohibebant flere medentes:  
 Et strepitum fieri: renouauit viscera matris  
 Frater: et ad largum mouit precordia flumen.  
 Tum soror affecto summissis vocibus inquit.  
 O vtinam nodo frater deuinctus eodem:  
 Sublutusq̄ fores lateri: costisq̄ nepotis.  
 Nempe pepercissent dirumpere stamina parce.  
 Dirarum solus reuocasses fila sororum.  
 Dum licuit conferre gradus: pro more duobus:  
 Non vlli vestrum quicq̄ venisse sinistri  
 Scimus: in hanc lucem tali sub lege creatos  
 Antiqui meminere patres: mirabilis arte  
 Preditit certa: tales horoscopus ortus.  
 Hoc effata modo: rubicundos siccat ocellos  
 Et vocat ad se se lachrymantē: et multa gementē  
 Germanum: tragicosq̄ animos solata furentis  
 (Ante alias luctu in tanto solanda) recepit  
 In gremium: et caris languentia colla lacertis  
 Implicat: et durum tempus pertranseat: optat.  
 Spemq̄ inter posita: et rodentem corda timorē:  
 Ambobus peiora timens: afflictasq̄ mater  
 Immemor ipsa sui: fel indignata veneno  
 Vipereo immixtum instillat: pro dulcibus vndis  
 Et pro consuetis dapibus: refrigerat artus  
 Arentes: talisq̄ sitim a pulmone liquore  
 Pellit: et expectat nutantis tempora fati.  
 Tertia lugubres habitus: et nigra figuram  
 Erummosa dies aduenerat: vltima rerum:  
 Viuida qua niuee claudentes lumina fronti  
 Non exorate ruperunt licia parce.  
 Hora: qua exciderat pene hinc conscendit eandem  
 Irridens terrena plagam: qua venit in aluum  
 Aternam: natura virum cum fingeret olim.  
 Non: si calliope fautricum prima dearum

Et cum calliope vatam curator apollo:  
 In mea corda suo spirent de pectore numen:  
 (Quantocunq; vigent) hec ad noua fata vocatis:  
 Dicere luctificas voces: epicedia: fletus:  
 Ictumq; humanis hululatus ethera possem.  
 In chaos omne solum prima caligine versum  
 Esse videbatur: rebus color vnus: et idem  
 Alter erat: fletus quem cum clamore viroꝝ  
 Horriferum reddebat opaca nocte solutus.  
 Heu heu perdidimus dominũ: clamatur vbiq;  
 Perdidimus dominũ: cui nos lux nostra relinqs:  
 Tu spes insignis: tu fundamenta domoꝝ  
 Nostrarum: fatiq; vtinam: sortisq; superbe:  
 Permutare vices: et morte rependere mortem:  
 Permissum a superis: q; gauderemus obire  
 Ananimes: letiq; diem: quo vita rediret:  
 Cuius vita valet vitam: mors tradere mortem.  
 Quinetiam tenera mauris etate libenter  
 Vel pubescentes firmato roboꝝ natos  
 Captiuos: aut supplicio grauiore necandos  
 Cuncti hilares: alacresq; animo offerremus amico:  
 Si lex nature reuocari sanguine posset.  
 Heu populozum subsidium: regnoq; labanti  
 Firma salus: inopum cunctorũ tutor: et hospes.  
 Virtutum fautor: vitioꝝ maximus vltor.  
 O vitream: o nulli fidam: vafrisq; refertam  
 Fortunam insidijs: natum sub luce benigna  
 Efficis astrosum: rabidaq; libidine cuntas  
 Adetiris gentes: in casus trudas acerbos  
 Quem minime decuit: fors o fors impia: que nos  
 Pocula thessalicis succis vndantia cogis  
 Sorbere: et nobis miseris: nostreq; tremendam  
 Perniciem proli: nullo curante: datura:  
 Num fortasse sibi medicoꝝ defuit egro  
 Copia: diuersi num ditia munera regni:  
 Que prestaret opem morientibus herba salubris:

Quicquid fuscus arabs: et quicquid fuscior indus  
 Thuriferis legit in campis: et diuite terra:  
 Andiq3 certatim adductum: non defuit aurum:  
 Argentum: gēmeq3 maris preciosa supeller.  
 Questibus his miser: lamentis: fletibus: omnē  
 Implebant horrore locum: fallacior echo  
 Dissonat: et similes reddit vanissima voces.  
 Thracia quem genuit studijs abdera nefandis  
 Fortunam ingenio solitum ridere iocantem:  
 Et lete casus: et acerbe ducere tanti:  
 Quicquid erat fletu dignū: misereq3 dolendum:  
 Verteret in risus: siue hoc sapientia docti  
 Seu faceret natura magi: vertisset amarus:  
 In luctus: fletusq3 miser: si nostra tulissent  
 Secla virum: vel nostra viri infortunia vani  
 Tam miserabilibus tetigissent cladibus aures.  
 Sed que noluerat lachryma plorare cadenti:  
 Quid dignum miseranda viro non egit aperte?  
 Ut penitus vidit libitine munus auare:  
 Esseq3 felicitis de vita principis actum:  
 Non ori: roseisq3 genis: capitiq3 pepercit.  
 Jam desperati: et nullam redeuntis ob artem  
 Velle mori cupiens in coniugis insilit vlnas.  
 Quanq3 illam multi amoueant a tristibus ausis:  
 Euasit tamen: et se se moribunda iacentis  
 In gremiū laniata sinus: laniataq3 crines  
 Coniecit: care lapsam eripuerē camille:  
 Virgineusq3 chorus: nec defuit aulica virtus.  
 Non flat: nec reflat solito spiramine vitam.  
 Partibus exanimi venientia cordis ab imis  
 Admura: singultim non exaudita cadebant.  
 Totum corpus erat sine sanguine: roborā mentis:  
 Et virtus inerant animi pietasq3: fidesq3.  
 Lacteus insperfo candor per membra rubore  
 Lutheus effuso de sanguine: pallidus idem  
 Adoesticia iam totus erat: mirabile dictu

Et maiora fide recinam spectacula: noctes  
 Una duas: totidemq; dies immota sedendo:  
 Nil exuta: stetit: siccis ieiuna labellis  
 Ante virum: insomni vigilans custodia cura.  
 Sederat effigies morientis lurida tantum  
 Et macies squalore tremens in corpore toto.  
 Ah noua nupta: nouo moerore insueta: quietem  
 Abnegat: indomitum renouans orbata dolorem  
 Adortua pene magis: q̄q; coniunx ipse videtur.  
 Regia congestos a sopis itura sub ignes:  
 Non tanta pietate sui commota mariti:  
 Adole draconigena lapidum cū perditus vrbe est:  
 Non inuita sequi se se per fata parauit:  
 Quanto ardore viri exangues iam puberis artus  
 Funestis luctata malis: contusaq; totum  
 Delisabet corpus: pre morte secuta virago.  
 Hunc diuturna dies pueris firmarat amorem  
 Obsidibusq; datis: tanq; sponsoribus olim.  
 Nam cum ferrandus genitor: genitorq; iohannes  
 Dum sua terrarum confinia seruat vterq;  
 Forte colubrose stimulis veratus erinnys:  
 Arma mouere armis: et martia bella parabant:  
 Seuisentq; animis: et crudo plurima leto  
 Corpora vulneribus diris confecta dedissent:  
 At summo delapsa polo concordia voces:  
 Verbaq; conceptos animi sedantia motus  
 Hinc: inde iratis vultu prompsisset amico.  
 Pacassetq; duces: stragesq; necesq; minantes:  
 Quo circa statuere suos in pignora natos  
 Proq; fide: et placite firmo pro foedere pacis:  
 Tradere: ab alterno tum iam custode regendos:  
 Ipsa viri dum sponsa potens sit nubilis: et dum  
 Sit puer vxori socius: soboliq; creande  
 Legitimus: quanq; senis maturior annis  
 Foemina coniugij leges impleret honesti.  
 Oppidulo in mora: mediaq; in parte locato

## Liber

Regnorum: finesq; sito pulchre inter utrosq;  
Ambo: magnorū soboles clarissima regum:  
Claudentur: circum vigili custodia cura  
Assidet: illesi peragant dum tempora iuris:  
Et dum felici consumatos hymeneos  
Omne conficiant: simulac adoleuerit etas.  
Hic primas doctis sub preceptoribus artes  
Discit: & ediscit nimiū studiosus vterq;  
Qualis et vna solo tenera arbor: et altera pingui  
Consita nutritur: multam spargente colono  
Tempore aquam: septas spinis et arundine circū  
Quaq; niue: imbreq; defendit nimioq; calore  
Assiduus custos: super instantesq; volucres  
Aut saxo: aut ficta prohibet vera ve sagitta.  
Callidus hec faciens matura vt postmodo poma  
Colligat: et vitam letus ducatq; beatus:  
Talis vterq; breui castro seruatus alūnus  
Et tutus: prohibente malum custode futurum;  
Vixit: vt ex illis populi: cari q; parentes  
Optatos caperent maturo tempore fructus.  
Viuendi modus is: multos exactus ad annos:  
Induxit: tantum mulieriq; auxit amorem.  
Quo nunc depereat: quo seq; miserima fractis  
Viribus extinguat: corpusq; exangue mariti  
Ad nigrum societ nullo vitante sepulchrum.  
Nec minus orba parens: vere pietatis imago:  
Insatiabilibus lachrymis: luctuq; benigne  
Matris: et infelicum infelicissima matrum  
Prestitit officium: poscebat vti vnica proles:  
Et nati sapientis amor: migrantis in altum  
Ex oculis celum: fatoq; ruentis equino.  
Collapsam tacuisse diu: potuisseq; nullam  
Fundere cōmemorant materno more querelam.  
Spiritus oppressus subiti grauitate doloris:  
Attonitusq; noui pro magnitudine casus:  
Linguem amisso lingue sermone diserte

## Secundus.

reddiderat: mutamq; diu videre ministri.  
 Et merito ante alios tali tanteq; parenti  
 Extitit officijs natus carissimus omnes.  
 Quippe solent omnes regine tradere dulces  
 Lumpriū mittunt ad claustra miserima natos:  
 Ad horibus externis: externo lacte fouendos.  
 Ipsa tamen proprioq; sinu: propriaq; papilla  
 Sustulit: & nulli nutricum iussit alendum.  
 Preterea pulchro aspectu: lepidaq; loquela:  
 Effinxit similem: vel moribus optima matrum  
 Hunc illi natura parem. reddebat amatum:  
 Et carum pietatis opus: studiumq; bonarum.  
 Leniq; in matrem cunctis reuerentia rebus  
 Affatu: letusq; animo: qui letus & ore:  
 Parentem se se genitrici queq; volenti  
 (Seu minimis: siue in magnis tentata fuissent)  
 Prebebat: quod vix vlli contingit adulto.  
 Aut horrere solet natus crescentibus annis:  
 Aut si non horret: refugit precepta parentum:  
 Vel patris: vel sint blande mollissima matris:  
 Impubes ex quo teneris excedit ephēbis.  
 Hic quanto vltērius surgens properabat ad euū:  
 Lenius hoc patri: & matri parebat amice.  
 Qualis erat clymene facies phaetontis acerbo  
 Funere: post multos terre: pontiq; labores:  
 Vel qua lampecie: vel qua phaetusa fuisse  
 Fertur: in arboream nondum cōuersa figuram:  
 Talis regine moesto color hēserat ore:  
 Dimissis terris cum venit in ethera natus.  
 Antea magnanimus muto: vitaq; carenti  
 Singultim genitor spisso dedit oscula fletu.  
 Terq; crucis: memor ipse sui: memor ante recessuz:  
 Non vllō posthac visurus tempore supplex:  
 Infractusq; animū: misere lachrymando trementi  
 Defuncti in frontem fecit signacula dextra.  
 Vix dum prima domus egressse limina matres:

Tundentes rigidis lactentia pectora palmis:  
 Vallassi palee modico distantia cursu:  
 Actea directa via e regione petebant  
 Tecta (neqz aspectu poterāt sufferre cadauer  
 Pauca post horas ad busta horrenda ferendum)  
 Cum subito nulli visas e nubibus illuc  
 Fama fuit venisse nouem de vertice ad imum  
 Vestibus indutas lugubribus: omnia gestu  
 Humano: formaqz pares et corpore diuas.  
 He sunt thespiades magni ingeniosa tonantis  
 Progenies: cuncti decoris cunctiqz leporis  
 Et grauium morum: canescen tilqz sophie  
 Altrices: quondam a cunis rapuere cubantem  
 Et dulci fouere sinu: lauere scatenti  
 Castalio: et sacro satiarunt lacte tenellum.  
 Tumqz sua (vt potuit) repleuit quelibet arte.  
 Nunc autem illius memores etatis: ab alciis  
 Nonie venere iugis: helicone relicto.  
 Nec desunt fato aduerso: sorti qz supreme.  
 Quarum insperato: subitoqz ad triste cadauer  
 Aduentu: que in parte domus visura sedebat:  
 Extra demisso vultu cytherea recessit.  
 Siue metu vano: potius seu mota pudore:  
 Inter honoratas metuit consistere musas.  
 Jam flere extinctam horrifico cum carmine lucem  
 Incipiunt: et queqz modum seruare decentem  
 Contendit: neu quicquā preter funebre cantet.  
 Calliopea comis sparsis: vitta qz soluta  
 Pierij regina chori: lauteqz caterue.  
 Angue genas laniat: digitis radice capillum  
 Vellit: et euulsum priuato lumine donat.  
 Aptaqz temporibus dicta est hec nenia muse.  
 Care puer quondam: nunc inuidiose supernis  
 Principibus: cape munus tali tempore dignum.  
 Et iacit: et manibus diffusos vellere crines  
 Certat: et hoc totiens repetit lachrymabile carmen.

Genes ad funem  
 hinc nunc fery

20  
Secundus.

Dei mihi forma decens vbi nūc? et fulgida binis  
 Fronte supercilijs medio distincta decoro  
 Lumina: sideribus certantia viua coruscis?  
 Dei: quo natiuo: roseoq; colore notatus  
 Eandor abit: lingue quo concessere lepores?  
 Ade miseram: nitor omnis abest: presentia mīre  
 Plena venustatis: rīsus abiere pudentes.  
 Tu placidis verbis lybicos mulcere leones:  
 Jungere pantheras ouibus: serpentibus agnas:  
 Et minimo nutu gryphes: bacchoq; dicatas  
 Tigres: tu poteras seducere cautus hyenam.  
 Vere fumiceas nebulas: nubesq; vagantes  
 Cum tonitru in pratis: et pleno frugibus aruo!  
 Cesarei aspectu vultus: frontisq; serene  
 Mellebas: atrosq; dies in candida letus  
 Tempora vertebas: mixtū ioue nate: merumq;  
 Cum ioue cōmune imperium terreq; poliq;  
 Jure tenens: solius habes nunc dius olympi  
 Ingentem partem: et celi moderaris habenas.  
 Tecum abiit pietas: et tecum nescia virtus  
 Contremere: exēplar paribus morumq; magister  
 Sed quodcūq; ioui placuit: laudare necesse est.  
 Aut (licet inuitos) animo equo ferre decebit.  
 Liquisti vanum plenumq; laboribus orbem.  
 Sorte q; mutata terris meliora petisti  
 Regna: reuisurus consortia numina claris  
 Luminibus: sūmosq; deos animasq; beatas  
 Prestantum heroum: bello qui laude perenni  
 Pro patria genitrice mori trepidantibus ausi  
 Pectoribus: duriq; ferum cōmittere in hostem  
 Proelia: et innumeris animas offerre periclis.  
 Aut alias orco infesti: mortiq; dederunt.  
 Illic semideum: et violati cesaris vmbra:  
 Ilyseumq; patrem: geminosq; videre licebit  
 Romulidas: et cecropidas pluresq; sacratos:  
 Viuentes celos intra: sedesq; deorum

Talia dum caneret: gemeretq; fideliter orsa:  
 Vox audita domus penetralibus abdita venit.  
 Immo regnantem cernet cum virgine christum:  
 Immensumq; patrem: quē trinū scimus et vnū.  
 Angelicosq; choros: sanctos et vilia crudo  
 Verbere ( apud iustum florenti digna corona )  
 Sanguinolenta bonū summū referentia: passos  
 Martyria: eterne laudis: vereq; salutis:  
 Tutum iter ad superos: celestia regna: triumphos.  
 Obstupere dee: simulac vox illa latentis  
 Incertiq; hominis tonuit: tamen ordine coeptū  
 Officium peragunt lethea sorte frequentes.  
 Que monuit: monitumq; simul cū voce repressit:  
 Diua fauens herena fuit: que lecta potenti:  
 Et demissa throno: sociaret ad vsq; sepulchrum  
 Nullis horrible: electiq; ⁊ pene loquentis  
 Corpus: et a nullo feruens absisteret actu.  
 Interea caput ad celum: demissaq; colla:  
 Et reuoluta parum puluino corrigit aureo  
 Uranie: genibusq; manu dat verbera vtraq;  
 Tertia melpomene: peplo velata seueram  
 Tristius effigiem positoq; simillima panno  
 Semet sternit humi: nigroq; ex ore querelam  
 Factat: ad extensi calces accedit alūni.  
 Et secum indignata furi tremebundaq; moeret.  
 Damnat et in nostro quicquid risibile mundo est.  
 Quarta potens opere: et vultu spectanda superbo:  
 Composite arrepti cervici bellica clio  
 Dissidet: et flabro frigentes ventilat artus:  
 Immemoresq; fuge prohibet considerare muscas.  
 Vel si quicquā aliud spurcum: fetidumq; putetur.  
 Ruget et euterpe luctum: sociamq; sororum  
 Ter caput in se se quatiens mugitibus addit.  
 Candida q; alternis contundit pectora pugnis.  
 Et quantum iocunda fuit: tristata recumbit.  
 Terpsichoreq; eratoq;: et nuptis apta thalia

monica q; p...  
 fide q; m...

Vener

monica p...

the

o...p...

o...p... m...p...

21

Tertius.

Contemptis ludisq; iocisq; et cantibus: intra  
Interna exceptum moerorem corda tacentes  
Significant: nec posse queri sinit intimus horror:  
Fūdere nec lachrymas: stant sacro vt fulmine tacte:  
Et veluti statue tres: circum altaria mute:  
*ultima* Ultima pegasidum polyhymnia munere functa:  
Funereo: satis ingrato iam fecit honori.  
Iridas et cistas: quas secum adduxit eburnas:  
Inter tanta mala: et pene inter funera leta:  
Effert: quas tacitas pullata veste ferebat.  
Et capit illinc: aspergitq; opobalsama circum  
*libatim* Liuida libatim cum multo tempora nardo.  
Hinc violas: vernaq; rosas et lilia: et ipsis  
Dijs gratā ambrosiam: et siculis qđ nascitur agris  
Suaue thymū: atteis apibus qui pastus: r hyblis:  
Nec quod discorides prefert: dimittit amomum.  
Jam non mortalis defunctus funere vite  
Visus erat: viuos gemino cum lumine vultus  
Adstrabat: viuos referens sua signa per artus.  
Qualem sepe rosa immittit matura colorem  
Vere nouo: letis cum stant plena omnia terris:  
Talis virgineus puero fulgebat in isto  
Lando: et infusi formosa per ora rubores.  
Quod si preceptam valuisset musa loquelam  
Tradere: iam nostro nunq; cessisset ab ore.  
Quā dare si poterat: properansq; volēs q; dedisset:  
Quod quia non potuit: semper dolitura reledit.

¶ Quile liber tertius.

**A**tereā tristis celebrat dū funebre carmen:  
Et pene ad mediam pubes parnasia noctē  
Exercet lamenta super miserabile corpus:  
Iuppiter ob clarum tam magni principis ortum:  
Et casum infandum: properat succurrere parti  
Funeree: si quis rebus foret vsus acerbis

## Liber

Fabrorum: circa bustum: pheretrūq; dolandum:  
Vel circa ingentem tabularum (que essa vocatur)  
Texturam: mandat claudo fabilia nato  
Ponere: flatiferis animareq; follibus ignem:  
Igneaq; molitum crebris contundere ferrum  
Ictibus: et paulum horribiles cessare cyclopas  
Usq; laborantes tonitrus: et fulgura: contra  
Lōfabricare malos. brontes: steropesq; facessunt  
Adagni iussa iouis: nullam fornacibus atris  
Dant operam: nec dant incudi spissa bicorni  
Verbera: consueti manibus collidere vtrisq;  
Una tamen fabros robustos cura fatigat:  
Qua ratione: et quo breviori tramite: paucis  
Tam longum transire queant iter inde diebus.  
Deq; cauernosa descendunt ocyus etna:  
Et salinuntea tinctas carbone figuras  
Quisq; lauat properis manibus foedissim<sup>o</sup> vnda.  
Sed nec fluminea vultus aspergine nigrum  
Amouere situm: vestigia prima laboris  
Certa manent: q̄ quēq; probēt q̄ ve arte magistrū.  
Eolie hippotades regnator rupis: et arcis:  
Cui data ventorum rapidorum tota potestas:  
Patris ad hec noscens mentem facienda potentis:  
Quattuor a vinculis ventos: et carcere soluit.  
Et iubet ante alios vulcanum ferre duosq;  
Incolumes: et semper nudum corpus habentis  
Adaxima cura quidem: non sit tamen equa ferenti.  
Ipse pedes mancus nabatheum ascēdit in eorum.  
Terga noti subijt nudus prelarga pyracmon.  
Se se fulgureo steropi supponit amicus  
Alphicus: et bronten aquilo crepitantibus alis  
Corripuit: patrijs volitant e montibus omnes  
Occiduas versus nullis prohibentibus oras.  
Jamq; brevis lipare: iam regia strongyla primum  
Et siculum: tuscumq; salum: velocius vno  
Quida palpebre ferientis lumina motu:

Sardo umq3 fretum: mox vnda ligustica tergo  
 Linqvitur: equoree tantum sensere tumultum:  
 Et timuere dee: ne quid violentia portet  
 Tanta mali: trepide caput erexere parumper:  
 Ceruleis superas mussantes oribus vndas.  
 Ut quicq3 non esse mali: nihil esse pericli  
 Aduertere: iterum vultu latuere madenti.  
 Tum narbonensem solitum conferuere multis  
 Vorticibus: solitum multas sorbere carinas:  
 Tranquillum tranat soboles titania pontum:  
 Jamq3 fatigati longo balearica cursu  
 Adaius anhelantes cursoribus equora tingunt.  
 Sistereq3 exoptant sessores littoze dextro:  
 Ut requiem capiant ipsi: capiantq3 ministri  
 Horrendorum operum: per milia mille rotati.  
 Urbs fuit equoreas quodã placidissima ob vndas  
 Cliuoso fundata solo: celoq3 salubri  
 Inter aragonias nequaquã ignobilis vrbes:  
 (Dum fallax fidei fauit fortuna) sagunthum.  
 Quam nunc monuitrum vulgari nomine dicunt.  
 Hinc iter arriperent ad regna vacantia fato  
 Tutius: et tumida multo breuiatius vnda  
 Alati medio volitantes: aere cori:  
 Sed tamẽ arbutis: vinetis: pinguibus aruis:  
 Et secte segeti dentata falce: timentes  
 Damnum inferre aliquod vel genti grãde periclũ:  
 Ad leuam flantes rapidum vertere volatum.  
 Dextra valentine iam moenia protinus vrbis  
 Aspectu perdunt oculis hebetantibus: atra  
 Nocte grauis cura est pelagus transcendere: cunctis  
 Viribus: et fortes positas attingere metas.  
 Per mare telluris confinia parua propinque  
 Circueunt: quoniam fruticosis montibus ischmos  
 Prominet: hispaneq3 secant carthaginis equor.  
 In quod oliuiferis bethys delabitur vndis.  
 Quondã atiqua domus mauroũ: subdita tãdem

Liber

**E**ffera gens: inimica deo: ferroq3: animoq3:  
**A**dagnanimi regis frenum captiua remordet.  
**A**dorq3 fretū angustum furiosis flatibus intrant.  
**L**eua parte latent sublimia moenia septe.  
 (Et referunt) septem decorate collibus vrbis.  
**A**doenia parua quidē: tamē vt pulcherrima dicas  
**A**lcasaris: post has sinuato littoze tinge  
**A**rdua: que antheo memoratur condita mauro:  
**S**ese perspicuam longe venientibus offert.  
**H**inc abila est: ilinc erecta cacumine calpe  
**O**bijcitur: prisorum aliqui dixere colūnas  
**H**erculeas: quibus abruptis admisse furentem  
**A**lcides canitur non notas nereia terras.  
**H**incq3 sui capit oceanus primordia cursus  
**L**ittus ad hispanū: lybicūq3 atq3 vsq3 triquetram  
**A**bluit: ionium simul: egeumq3 profundum.  
**N**ulliusq3 licet turbetur flamine venti  
**H**oc mare: vel sit hyems: muscata vel ardeat estas:  
**I**mpete terribili larga vnda superuenit vndam.  
**D**extra autem ( paulo vltius ) sunt hispalis arua:  
**A**qua deduxit vulgatum hispania nomen.  
**H**ec lusitano lybie pars dedita regi:  
**A**dultis culta viris: quos portugalīa nutrit:  
**D**at vires ad iter nixu maiore volandum.  
**L**ertatimq3 ruunt nullo moderamine venti.  
**D**umq3 notus solito furiosius ire laborat:  
**E**rcutit ex humeris cōmissum pondus in vndas.  
**N**ec se adeo celerem potuit demittere vector:  
 (Et lapsō prestaret opem: penitusq3 labanti)  
**Q**uin bis: terq3 caput: totumq3 immergeret vndis  
**C**orpus: et hac illac vndarum nescius ingens  
**B**rachia iactaret chalybem tractantia cyclops.  
**Q**uin salsam potaret aquam: vomeretq3 repotā.  
**I**psius immo sui fabrilisq3 immemor artis  
**A**dortuus obstantes pugnis diuerberat vndas.  
**E**t velut incudem repetito malleat ictu.

Et nunc spumofum mare calcitrat anxius: et nunc  
 Inuoluit caput in vastissima crura: pedesq;  
 Pōnit vbi hirsutum debet preponere pectus.  
 Doris: et ipsius nate risere natantem.  
 Neptunusq; leuans viridanti tempora barba;  
 Et cum neptuno tenero lautissima cultu  
 Lymothoe strepitum stagno sensere profundo.  
 Deformem risere fabrum: fundumq; petentem.  
 Hunc tandem notus eripiens puerile gementem:  
 Coeptum carpit iter: sociosq; celerrimus equat:  
 Adagno distantes spacio: insanumq; querentes.  
 Tum posito paulum cursu iunonia proles  
 Et despectus amor: pallenti percitus ira  
 Intumuit: monuitq; notum: vinciq; catena  
 Perpetua dignum: et retineri carcere clamat.  
 Se reus excusat: culpam sefforis inepti  
 Per superos omnes: stygias iuratus et vndas  
 Affirmat: nullas quoniam rexisset habenas  
 Hactenus: et nullos vsus nouisset equorum.  
 Atpote carbonem: ferrum: follesq; animantes:  
 A puero solitus siculis tractare caminis.  
 A nostro: gades superantes orbe remotas:  
 Jam tua vincenti gratantes littoza radunt.  
 Protinus ad leuam piscosa salatia cepit.  
 Quam modo: sectuual verbo dicere recenti.  
 Tum latera aerie pertingunt ardua fessi  
 Palmele: cunctis vbi pondus grandius auri.  
 Illo sublimis constat plenissima turris  
 Cuius erat custos rodoxicus nomine gillus  
 Asper homo: veluti geticis nutritus in agris.  
 Lumina parua tenens: et sicca tempora fronte:  
 Corpore villosa: et curuato ad guttura naso.  
 Spectatus tamen in dominum probitate: fideq;  
 Hic vbi tantisper percusso cardine value  
 Personuere domus: oculos leuat ille grauatos:  
 Nocturnosq; ratus fures: clamore cubantes

Excitat ad furtum pueros: atq; arma capeſſit.  
 Hucq; illuc vacua temerariuſ errat in aula.  
 Optate hinc tandem telluris culta videntes:  
 Et ſegetum plenos arſis meſſoribus agros:  
 Propoſito fini totis conatibus iſtant.  
 Nil obſtat: frutices tantū dumoſq; ruboſq;  
 Conculcant: ipſaq; fuga radice reuellunt.  
 Multaq; harena volat vulſis immixta rubetis.  
 Arida planicies nullis habitata coloniſ:  
 Uſq; tagum: ſolum riuum cognomine frigum  
 Concernunt: domus infamiſ caupone maligno  
 Ventorum ruit in curſu cum coniuge praua.  
 Tum vetuſ in flumen: mediumq; per aera tectum  
 Spargitur: in fluido ſorbetur foemina riuo.  
 Vir magiſ: ad mortem properans: euadere certat.  
 Dum natat infelix: veterem conſpexit amicum:  
 Pro ſtipe donata qui ſarta tranſuehit alno.  
 Clamat io germane: precor ſuccurre labanti:  
 Succurre tuo: nunc o ſuccurre ſodali.  
 Ille autem craſſo riſu: tremuloq; cachinno  
 Mem male latro: quid hoc? pro vino: virus: acetum  
 Tu mihi vendideraſ totiens ſclerate: ſub vndaſ  
 Imodo tartareaſ: nunq; petiture ſupernaſ.  
 Illuc mendoſe hemine: ſextariuſ illuc:  
 Illuc vrceoluſ: putrem mentituſ amurcam:  
 Falſaq; cum vero ceſſerunt teſſera ſigno.  
 Lernite cauponeſ: et voſ quicuq; ſoletiſ  
 Vendere: et humaniſ tractare negocia rebus:  
 Quiq; voluptati: nulla ratione retentuiſ:  
 Corporee: ſpreto ceſteſtiſ numine patriſ:  
 Securuſq; tui: ſtellateq; immemor arcis:  
 Bluto ſtudeſ: nullumq; putat pro crimine corpus  
 Puniri: noſtriſ aures precor arrige dictiſ.  
 Karo deum ſclerata hominum peccata maloꝝum  
 Ferre diu: et quāuis trina bonitate repletuſ  
 Ferre diu ſoleat: tamen impunita recuſat

Linquere: et interdum viuentia crimina poenis  
 Affligit meritis: nec funera prouidus ultra  
 Ultima vindictam expectat: sed pectore seuit:  
 Supplicijq; moram dira grauitate rependit  
 Hinc zamoensem relegunt furiantibus oram  
 Cursibus: et calido suffocant milia flatu  
 Potorum temeti culicum: morsuq; trahentum  
 A bene sopitis uiuo cum sanguine vitam.  
 Jam beneuentane pinus: denseq; cupressus  
 Abiecte vellent sortem: sterilisq; myrice.  
 Adilleq; post passus campestri tramite saluam  
 Pretereunt terram: hic petrus gozrea coactam  
 Seruabat gazam vigili custode tot annos  
 Emanuelis opes: ducis ad preclara superbi.  
 Non fremitus recubans: non murmur sensit euntū:  
 Quod testudinea sopitus turre iaceret.  
 Seu quod arundinibus motus resonare solebat  
 Ille locus: rapidis prudens non credidit austris.  
 Seu quia cum famulis ex silua fessus opaca  
 Dudum monticulas ceruos venatus: et apros  
 Venerat: et somno refoueret membra profundo.  
 Ador placide campos mugie post terga relinquūt.  
 Quos fertur campos habitare georgius essa:  
 Vir fortis bello: et generoso sanguine clarus.  
 Quem consanguineum mostrant insignia regū.  
 Lestibus: et iaculis: cursu dubiaq; palestra:  
 Herculeos omnes: phrygiosq; hac arte valentes  
 Vincere consuevit: tulit aurea premia victor:  
 Et decus egregium: si qua in certamina venit:  
 Adagnorū magnus: volucrūq; equitator equorū.  
 Vere hic socraticus nebulosa palatia temnit.  
 Clarorumq; ducum cōmertia: more quirinum  
 Urbane sapiens vitam preponit agrestem.  
 Nos fremitus sensere canes: sensere lycisce:  
 Latrant: et resonis latratibus ethera pulsant.  
 Hic famuli: seruiq; et fidus coetus: alumni

Obstreptū: et rapidos motus murmurq; putarūt  
 Sisyphios homines: vel quos deuicerat hostes  
 Patronus: forti discordi tempore: dextra.  
 Conclamant dominūq; vocāt: crebrisq; cubātem  
 Vocibus obtundunt: velut ignis adureret agros  
 Seq; repentinis turbati casibus armant.  
 Induit hic miles veteri rubigine plenam  
 Lorica: hic gladium cingit: clauam ille trilibrem  
 Arripit: et longi sumunt hastilia ferri.  
 Protinus ille oculos: et languida: membra caputq;  
 Erigit ad vocem clamantum: ac talia secum  
 Euoluens: vocitat stultos hac voce clientes.  
 O corde obtusi: stolidiq; et pectore inanes  
 Quid volucres vētos: qd murmura vana timetis?  
 Ponite tela citi: et cum telis ponite vanum:  
 Et miserum de corde metum: sic fatus eburno  
 Cervicem lecto demisit: et ossa quiete  
 Adelle magis dulci ad clarum iam mane rigauit.  
 Mouerat hesternis petituros vespere ventos  
 Ex oriente plaga vulgata cubilia solis:  
 Adaximus astrozum: celiq; instantis hāruspex  
 Siue ex conflictu arboreo: siue arte: vel usu  
 Flamina non falso terris ventura canebat.  
 Venti autem incolumes felici sorte reponunt  
 Sancterene: siculis quos iusserat eolus antris.  
 Atq; ibi sic positis opus ad miserabile fabris:  
 Vicinum leni petierunt flamine montem.  
 Ares mons dictus cantatam vatibus etnam:  
 Parnasumq; iugo sacrum: musisq; dicatum  
 Exuperat: vaste rupes: vasteq; cauerne  
 Efficiunt aptum ventis sine carcere claustrum.  
 Sessorum vbi fabrilis iam munere functos  
 Expectent: quos ad vulcania regna reportent.  
 Atq; domos intrare queant horrentia paruas  
 Corpora: paruarum coguntur scindere partem.  
 Adiratusq; nouem: et merito veneratus honore

Castalides: secum contracta fronte stupescit:  
 Sacratū que causa chorū iam fonte relicto  
 Duxerit huc: nanq; ex diuis: orisq; pelasgis:  
 Non alium preter se se venisse putabat.  
 Et tamen ex oculis lachryme: et suspiria toto  
 Pectore proueniunt: animū mostrantia moestū.  
 Tum petit: ostendant onerose munere vite  
 Perfunctum: neq; enim cupidiq; nouiq; valebant  
 Ferre nimis: quin ora: habitū: corpusq; viderent.  
 Calliope dextra velati lumina vultus  
 Detegit: et faciem recubantis: et ora salutant.  
 Nec mora: quisq; suū solerti preparat arte  
 Officiū: capit hic ferram: capit ille dolabram.  
 Que quocunq; meent sibi ferramenta ferebant.  
 Tuncq; secant veteres elephātes: maxima ab indis  
 Lopia portatur: vel talia munera molles  
 Ethiopes ad nos mutata merce remittunt.  
 Quattuor electi iuuenes: proceresq; pheretrum  
 Robustis elatum humeris perferre parabant  
 Ad destinatum per rustica predia templum.  
 Regia conduntur quo cuncta cadauera tecto.  
 Hinc quod triginta latissima milia distat.  
 Non dum clara dies aderat: nec phoebus ab ortu  
 Soluerat alipedes: ardentem e naribus ignem  
 Efflantes: sed adhuc croceis auroa capillis  
 In terris se se placidam remorata tenebat.  
 Ipse sua vulcanus agit decus arte: manuq;  
 Corpus vbi tenerum recubet: saxoq; quiescat.  
 Et citius coepto tabulas limaui eburnas.  
 Fixit et argenti mira compagine multos  
 Clauiculos: struxit pheretrū omni pulchrius arte.  
 Et tunc eiecto ligno (quo ponere primū  
 Corpus odoriferum caste voluere sorores)  
 Illud idem vellet lecto componere eburno.  
 Nec tamen indignas: durasq; inuoluere palmas  
 Audet: id aonides diuino numine missas

## Liber

Efficere inuitat: se se ad diuersa parando.  
Ergo ille amplexe niueo posuere pheretro.  
Certantesq; ostrum sternunt & desuper aurum.  
Cum fletu horrendū clamorē vsq; ethera tollūt.  
Audiūt exanimis cara cū cōiuge mater:  
Arrectam intentis retinebant cordibus aurem.  
His dum se accingunt: atras delapsa per auras  
Aduenit: adducto secum tritonia nimbo.  
Increpitansq; nouen turbato numina vultu:  
Cui seruatis ait collo: regi ve futuro:  
Celatum gemmis torquem precioq; carentem:  
Quod vita gessit: fas sit gestare sepulchro.  
Sic ratio rerum mater: sic manda' honestas.  
Afferriq; iubet cunto preciosius auro:  
Et cunto argento petris gestamen onustum.  
Quo nil diuitius: quo nil fulgentius vlli  
Ad mercanti in lato licuit concernere mundo.  
Felices arabas quāuis penetrasset et indos:  
Ecce catenatos series gemmata lapillos  
Tortilibus distincta modis radiante pyropo  
Adirandum ostentat nature munus: et ipsam  
Quam nec pyr goteles: nec mulciber edidit artem:  
Durior hic adamas: qui non nisi sanguine mollis  
iRedditur hircino: nodoq; insertus eodem  
Crysolithus: iaspisq; virens: nitidiq; cylindri  
Leticia adducta pellunt de pectore curas.  
iRodentes animū: rodentes debile corpus.  
Hanc velut insignem dotata minerua coronam  
Ambabus manibus: vel corde tremente iacentis  
iPonit: et amplexo materna dat oscula collo.  
iHic claudus (nec claudus erat: nec munere turpis)  
iIngentes humeros prebet: neruosaq; colla.  
iTresq; libenter idem peragunt: et pectore fortes  
iUnanimisq; boues veluti sub aratra feruntur.  
iQui ve parati aderant humeris efferre cadauer  
iIsta repentino fieri miracula facto

Obstupuere: manus cohibent scapulasq; reseruant  
 Et capite obstipolachrymososq; esse sequuntur:  
 Participes lachrymarum: participesq; dolorum.  
 Postico fracto: quo dudum intrarat eodem  
 Cum cecidit: turba flentum comitante virorum:  
 Effertur: scandunt altum trans moenia cliuum:  
 Difficilemq; viam: natiuis vndiq; clausam  
 Arboribus: nec saxa loco teterrima desunt.  
 Non labor vllus erat (quanuis labor ante fuisset)  
 Tam triste affectis: et ad aspera queq; paratis.  
 Parte hac lustrata: clarum iam manentebat.  
 Lazarus hic et rochus agunt: insignis vterq;  
 Militia: dignus celo eternaq; corona.  
 Hincq; suos nequunt alia diuertere gressus:  
 Quin prope pretereant: iurtaq; palatia regis.  
 Regia virginibus: matronis plena pudicis:  
 Que vetite iussu regine exire: frequentes  
 Atria seruabant: seq; intra tecta tenebant:  
 Atq; vbi senserunt plorantes fata benigni  
 Principis: attonite clausas petiere fenestras.  
 Quas furiosa manus reserans: huc disijcit: illuc  
 In fractas: ferri ad bustum videre cadauer  
 Infelicis heri: clamant et candida strictis  
 Pectora contundunt pugnis: tenerasq; papillas  
 Ex teneris multo reddunt liuore tumentes.  
 Horriferis feriunt hululatibus aera crassum.  
 Quinetiam fortasse aliquae formidine mortis  
 Exempte: fractis illinc cervicibus issent  
 Precipites: subitoq; animam cum corpore casu  
 Extinssent: inopes sensus et corde furentes:  
 Plurima ni multo tenuisset cratula ferro.  
 Exanimis cecidere omnes: confractaq; colla  
 Prosternunt media spissis singultibus aula.  
 Aureolas discissa comas collactea surgens:  
 Fortis in eratos nullo moderamine postes  
 Illidit niueum repetito verberare vultum.

Una tamen cecidit non surrectura: beatrix  
 Magni animi virgo matura etate: facti.  
 Ante diem infelix seclis ploranda futuris.  
 Que consanguineis lucrum miseranda reliquit.  
 Ut cum damnosus tractu consurgit eoo  
 Vultus: et adducens humentia nubila secum  
 Dissipat incursum aut flatu comburit arantum  
 Culta bubulcorum: et pleno si forte roseto  
 Incubet: in tenero rosa que pulcherrima ramo  
 Florebat: sparsum amittit candore ruborem:  
 Aut cadit innatum perdens siccata colorem:  
 Aut euulsa solo totis radicibus aret:  
 Mox putrescit humi vento disiecta furenti  
 Sic cecidit viso speciosa cadauere passim  
 Turba puellarum: pars fracto squalida collo  
 Exanimisq; diu: tandem male fota reuixit.  
 Pars animi raptu sensu: penitusq; reuulso  
 Concidit: in primum nunquam reditura vigorem:  
 Naiades: et dryades numeroq; politior omni  
 Mater amadryadum: vel cultrix montis oreas  
 Prodit ab ijs latebris: quibus occultata latebat.  
 Quicquid in arboribus: vel quicquid fontibus esset  
 Numinis excitum: ad luctum properauit acerbum.  
 Ibant: nec sacras potuisses cernere nymphas.  
 Solum pergentum vestigia summa notare:  
 Et solum gemitus poterat sentire dolentum.  
 Arboribus densum nemus est: nullaq; bipenni  
 Tempore succissum longo: salientibus undis  
 Leue strepunt viui vario cum murmure fontes.  
 Diffusum spacio: quantum discernere posset  
 Lynceus: hac oculis et contendentibus illac.  
 Hic se mille fere tutantur ab hoste fugaces.  
 Capreolis etenim: et semper speculantibus apris  
 Et ceruis ac damis felle carentibus atro  
 Tarde defessis: motaq; timentibus herbam  
 Que cupido natos venantis ab ore sequentis

Sæpius eripiunt: et prædam perdere cogunt.  
 Virte hæc: quam natura parens docet optima rerum.  
 Tutâ domus: campiq; situm cû vallibus ornant.  
 Siue lycaonia quisquã de stirpe superfit:  
 Hic latitat: prodit tenero insidietur ouili.  
 Prætorum regum iussis seruatur asylum  
 Intactum: vere credas felicia tempe.  
 Et quia perpetuis folijs: ac fronde virescit.  
 Non vnquã rapido gelidum violatur ab igni.  
 Nomine mozeram veteres dixere coloni.  
 Hinc prope serra locus procere culmine terre:  
 Ruralesq; case: et sublimis regia tecti  
 Suspicitur: saxo late constructa vetusto.  
 Cui licet et merito romana palatia cedant.  
 Scilicet eternũ dicas: primiq; ioannis  
 Regis opus: terris qui talia fundere suevit.  
 Quanc; multa dies: distantia longa locorum:  
 Non facile huc quenquã graijs trãsmittat ab oris:  
 Attamen interdum delo: delphisq; relictis:  
 Fronte loci placida: lucoq; adductus ameno:  
 Germanã ducens secum: sociamq; dianam.  
 Huc celeres conferre gradus latonius heros  
 Per varios populos diuerso limite gaudet.  
 Hac met forte die veniebat delius alta  
 Ex silua: annosos ceruos venatus & apros:  
 Ex humeris vacuam pharetram suspensus & arcũ.  
 Et simul audiuit nymphas hululare sinistrum  
 Plorantũq; hominũ mixtas cû murmure voces:  
 Esse ratus nympham de coetu forte sororis  
 Venantẽ: que vim pateretur virgo virilem:  
 Festinat plus more: siti defessus et estu.  
 Vidit odoratũ capulum: gemmaq; nitenti  
 Artificis dextra distinctum: vestibus aureis:  
 Obscurã ad foueã: tenebrosa q; ad antra: vacantẽ  
 Inuidia: iam mox casuro verme replendam:  
 Afferrĩ: ex planctu lachrymantũ: & voce sequentũ:

Mouit ab indigna (quē nollet) morte peremptū:  
 Indoluit: nulla diuī gravitate retenta  
 Concutitur: gemitumq; imo de pectore fudit.  
 Ignea turbato demisit lumina vultu.  
 Vnosaq; arma feris perdendis apta recusat  
 Vestire vltterius: nec retia tendere summis  
 Verticibus: frangitq; arcum: frangitq; sagittas.  
 Atq; illum fama iam pridem nozat: eundem  
 Sic vultu: sic ore virum studiosus auebat  
 Nosse: sed optantem vetuerunt fata maligno  
 Sidere: ruperunt tenui constantia filo  
 Stamina: nil tutum rebus sperare futuris.  
 Non tamē interea phoebo aduentante retardant  
 Leptū iter artifices: properis sed gressibus orbam  
 Accelerare viam coetus festinat anhelus.  
 Jamq; alcanetum: cuius pars valle profunda:  
 Pars in sublimi cum castro rupe locatur:  
 Adueniunt: pheretrum tristes fessiq; ministri  
 Tantis per ponunt: reparantq; quiete laborem.  
 Tum miseri modicoq; cibo vinoq; resumunt  
 Absumptas luctu: et vario discrimine vires.  
 Cetera turba hominū peditūq; equitūq; sequentū  
 Immemor infausse vite: proprieq; salutis:  
 A tali penitus potu: taliq; refectū  
 Abstinet: et tantū lachrymas effundit amaras.  
 Quolibet huc habitu lugubri rure fluebant  
 Imbelles vetuli membris: et voce trementes:  
 Firmantes solito vestigia torta bacillo.  
 Nam validi patres et matres longius issent.  
 Viribus hoc pacto assumptis: minimaq; quiete:  
 Propositam carpere viam: velocius equo.  
 Jamq; propinquabant ventose ad ruscula ferre:  
 Quando comes ville regalis marchio: regum  
 Progenies: regni primatum maximus heros:  
 Et tot magnanimi prestanti pectore nati:  
 Obuenere viam multa cum gente dolentes

Ad casum infandum: quem dudum nuncijs ater  
 Attulerat: leso properabant corde remoti.  
 Tum primogenitus: magnū qui fulmen in armis  
 (Sive eques ille gerat: pedes aut pro tēpore bellū)  
 Esse solet: palmas tollens et lumina celo:  
 Dat totiens caput in pheretrū: vellitq; capillos.  
 Cesariemq; diu cultam: peramq; per omnem  
 Etatem: digito succensus rumpit et vngui.  
 Vir pater insanam: vix frater mitigat iram  
 Henricus: quāuis esset solamine dignus:  
 Solatur tamen adducens q; plurima: natu  
 Ad aiorum: renouat fletum renouatq; dolorem  
 Afflicte turbe: dominū ad suprema sequenti  
 Flens castigatoz lachrymarū: omnisq; decori  
 Insignis monitor: pulchro mitissimus ore.  
 Nos inter magnus: mediusq; etate iohannes  
 Frater: ab orbata propter solamina: matre  
 Que varijs preposita modis afferre valebat:  
 Pellereq; erumnas sapientior omnibus vnus  
 Detentus casu in tanto: luctuq; recentis:  
 Non iter (vt decuit) fuerat funebre secutus.  
 Mondum ter decies plenos accedit ad annos:  
 Quicquid aristoteles: agrigentinusq; magister:  
 Quas ve leontinus gorgias nouerat artes:  
 Diuino seruat totum et sub corde profundo.  
 Quem quali quantoq; deus: natura: potentem  
 Fecerit ingenio: presentia maxima monstrat.  
 Qui sit fas vero sublimem pro ioue sedem  
 Possideat: munus presul mediocre ministrat.  
 Nam sancte crucis appellant modo vulgo priorē.  
 Ad ortua fessorum quorundā corpora vidi  
 Ipse meis oculis: siue ardentissimus estus:  
 Seu faceret multo glomeratus in aere puluis:  
 Seu dolor internus cruciasset funere tanto:  
 Vel potius coniuncta simul mala tanta furentes  
 Duxere ad subitam: crudelia stamina mortem.

Hinc ad qm  
 id est of  
 dicitur

in fine  
 p. 1013

Alquile liber quartus.

**D**efessū tandem silicōso tramite templum  
 Adueniūt: q<sup>o</sup> ferre patrē: et pietatis alūnū  
 Artifices turba procerū comitante pararant.  
 Nec citius tanto finem potuere labori  
 Ponere: nanqz illa venerunt fortiter horas  
 Qua sol flāmifero longinquas lumine terras  
 Omnia perlustrans: odiosa clauserat vmbra.  
 Nec domus albertū: et saxo cōstructa superbo.  
 Quam vulgus batalla vocat: bellūqz latinus:  
 Hic dū deponunt vacuū sine pectore corpus:  
 Condereqz expediunt multo cū thure sepulchro:  
 Ipse suis manibus velatam marchio formam  
 (Non etenim tantū dominū migrasse valebat  
 Credere tam strictū vinclo deuinctus amoris:  
 Nec suadere sibi poterat) dum detegit intra  
 Oblongum capulū: vultu concernit eodem:  
 Iisdem oculis: iisdem quibus ante coloribus esset.  
 Hec lachrymādo senex: pariter gaudēdo sub astra  
 Viuit adhuc: en viuit ait: succurrite viuo.  
 Osqz manusqz calent: non mortis signa videntur.  
 Tum propere poscit gelidam: quā spargat in ora.  
 Poscit odoriferas subita formidine costas.  
 Ad oesticiāqz omnē miranda in gaudia vertunt.  
 Alta domus resonat ferientibus aera palmis.  
 En volat interea tante nouitatis ad urbem  
 Nuncius: a patribus venienti haud creditur vni.  
 Tum quia res melior cunctis sit rebus: et omni  
 Gemmarū genere: et cuncto preciosior auro:  
 Tum quia non facile ad lucem: vitamqz solutum:  
 Et semel e nostro dimissum carcere quenqz  
 Dij reuocant: non quod nequeant retinere cadentē:  
 Dum cadit: aut sursum penitus reuocare sepultū:  
 Sed quia raro sinit deus: ob delicta: redemptor  
 Talia labifero promi miracula mundo.

Alter et alter abit: qui iam confirmet vt actum:  
Letitiaq; noua populos: et vtrunq; parentem  
Suscitet: et miseros faciat deponere fletus.  
Deu nequeunt (quãq; celũ perq; omnia iurent  
Numina: quod cuperent: pro quo sũmũq; parentes  
Donarent precium: vitam quin insuper ipsam  
Exponant nati pro vita proq; salute)  
Credere: sed postq; tam creber nunciũ affert  
Dicta fide dignus. fieri valuisse putarunt  
Celesti interdum quod multis numine cessit  
Omnipotens qui cuncta potest inuertere cuncta.  
Ex templo afflictis animis rediere vigores:  
Lorda q; letitia ingenti pulsata calescunt:  
Frigida que tanto fuerant modo facta dolore.  
Prima parens et mille nurus tetra atria lete  
Vel magis attonite tanta nouitate relinquunt.  
Lordeq; promentes gemitum: risum ore modestũ  
Et tectis exisse iuuat: iuuat alta petisse  
Templa deum: precibusq; et votis reddere grates.  
Ilex tardus veluti duro cum robore stipes  
Hinc quotiens spisso ferro succiditur: illinc:  
Ficta putat: strepitusq; et murmura tanta vetabat  
Atq; ad promendum sermonem lentus: et iram  
Sic ad credendũ q; lentas porrigit aures.  
Nec verbo retinere valent: monituq; frementem  
Et plane insanam reparato principe gentem.  
Lanatum quisq; ex humeris letatus amictum.  
Excutit: et placidos clamando ad sidera vultus  
Erigit: attonitusq; nouo per compita casu  
Peneq; ridiculus detonso vertice currit.  
Et pacto quocũq; potest erumpere certat:  
Siue pedes: seu vectus equo nihil ire recusat  
Longius: vt possit recidiuam cernere formam.  
Nemo fuit turba ex tanta populoq; virorum  
Qui non arrectas nuganti protinus aures  
Prebuerit: tantum pater et generosus alumnus

Primorum a primis annis: perq3 omnia primus.  
 Hic lupus almede: abranti dilecta propago:  
 Et primogenitus comitis: nulliq3 quiritum  
 Arte: fide: belloq3 velis musa ve probare:  
 Seu cithara: possis vnquam reperire secundum.  
 Ex nimijs animi conflictibus ille iacebat  
 Semianimis strato in paruo: domibusq3 paternis.  
 Ipse suos resicans querulo clamore capillos:  
 Audibat quecūq3 supra narrantur: et illis  
 Porrigere infelix nequit: et miserabilis aures.  
 Cūq3 reclamarent totiens solamine miro  
 Viuere quem cuperet: quem desperasset: eundem.  
 Ite ait: et celebrate pium sine murmure funus:  
 Et cineri prestate focus sua thura sacratis.  
 Degere apud superos: et nullo fine perennem:  
 Quem mihi solantes iactatis viuere credam.  
 Dixerat: et lecto languentibus vndiq3 membris  
 Incubuit: lachrymisq3 miser manantibus implet.  
 Accurrit gemitum ducens perterrita mater:  
 Et soror et genitor: fratrumq3 exercitus ingens:  
 Hortaturq3 graues: tantosq3 extinguere questus.  
 Nec tante valere preces sedare furentem.  
 Compressus tandem lachrymis: imoq3 dolore  
 Conticet: et victus tam tetra nocte quieuit  
 Hic celer egreditur: venientesq3 anxius vltro  
 Scitatur: salue ne satis tuteq3 fuissent.  
 Ille autem veniens animos concussus: et artus:  
 Dissimulare nequit demisso lumine verum.  
 Sed quod erat moesta manifestat et ore figura.  
 Jam nox per celi medium deuecta ruebat  
 Inq3 diem tendebat iter: cursuq3 volabat.  
 Ecce iterum in lachrymas: iterū in suspiria: fletus:  
 Loguntur miseri nullo moderamine verti.  
 Heu quid inauditum casum insanumq3 dolorem:  
 Aut quid tam torte referam letalia matris  
 Fata: quid euentum plusq3 mortalia passe?

Perdiderat natum semel: ereptumq; sepulchro  
Adandarat tradidit: et genitricum more gemebat  
Extinctum terris semel: exceptūq; supernis  
Sedibus ulterius iam non deflere timebat.  
Siue dei iussu: seu fati numine: cursum  
Dedala quem dederat natura peregerat: vnde  
Uenerat horrendis tenebris concesserat insonis  
Nec spes defunctum vita reparare dabatur.  
Fama tulit viuum: fuerat qui mortuus: et qui  
Eterno somno sopitus ad antra cubaret.  
Ingeminat seuos pietas materna dolores.  
Et renouat cumulatq; nouis corda ictibus ima.  
Pro semel amisso dilecti pignore nati  
Plorat mater amās: et verberare pectora tundit:  
Nec vero inuersa pro conditione ferentis  
Omnia nature: natum bis flere coacta est.  
Ut si mercator natiuam atq; arte nitentem  
Possideat gemmā: multisq; laboribus emptam:  
Quam dum forte manus inter contractet eundo  
Excussa in medias minime reparabilis vndas  
Decidat: et nūquam visurum speret eandem.  
Tum mox nescio quo reparatam fluctibus astro  
Audiat: et primo sciat hanc sibi more futuram:  
Letitiam in duplum moesto de pectore vertit:  
Quod quia composuit mendosus nuncius: auget  
Adoesticiā in quadruplū penituiq; intrinsecus vrit.  
Sic animo: sic mente fuit: sic turbida mansit  
Regina interius percepto funere vero.  
Interea dum sollicitis matresq; viriq;  
Sancterenā iecoris stimulantur ad intima curis:  
Ad meroeo iuuenem lachrymantes condere busto  
Festinant: bis quisq; vale post funebre carmen  
Concinuit: sparsitq; suos de more capillos.  
Post hec corripunt ad propria cōmoda gressus.  
Parq; forū: pars multa domus secreta petiuit:  
Quo se nona dies patria pietate moxetur.

Externi fabri (quia longa per equora cursum  
 Facturi) volucres reuocarunt illico ventos.  
 Hi soli veniam redeundi a rege petendam  
 Esse putant: ratioq; monet: fas: iuraq; poscunt.  
 Regem adeunt taciti: et submissa voce salutant  
 Seq; reuersuros signis: motisq; labellis  
 Declarant: si forte aliud per cuncta paratis  
 Quod fieri munus cuperet: proponere vellet.  
 Rex inter casum: et tanti infortunia luctus:  
 Ante omnis animū memorem: gratūq; laborum  
 Pro se sumptorum retinens dare iussit et auris  
 Argentiq; ingentem nullo cum pondere massam.  
 Et spolium horrendi squamosa pelle draconis.  
 Quale ad nos tellus solet aphyrica mittere monstrum  
 Hinc abeunt: repetuntq; suas velocius edes  
 Currere quo alipedes poterant terraq; saloq;  
 Inter et hec turbata domi: turbata forisq;  
 Petrus vlyreo bis denas littoze naues  
 Quamprimū lybicas iam traiecturus in oras  
 Alcasauus spectans regis mandata tenebat.  
 Que saxis: trabibus: constipateq; tigillis:  
 Calceq; cementisq;: queant trans equora castrū  
 Undiq; munitum contra aphyre obstacula gentis  
 Condere: pro passi tutando nomine christi.  
 Cumq; retardaret rex ob moerentia iussum  
 Admittere: tam subito casuq; illisus acerbo:  
 Credidit armate qui ductor classis: et autor  
 Ibat in infidos: pigrosq; ad prelia mauros  
 Consilium mutasse suum pro tempore regem.  
 Ergo relaturum celerem responsa moranti  
 Transmittit regi: vt que sit sententia poscat.  
 Rex mortale nihil: quouis sit pondere magnum:  
 Ad superos vllō spectantia vertere facto  
 Debere: aut primam mutare ac frangere mentē:  
 Sed reuocare nefas: infectam turpe relinquit:  
 In mauros properet: que iam mandauimus infit.

Ille bono augurio: diuisq; fauentibus alto  
Tendit vela mari: ventisq; ad vota vocatis:  
Baudia commiscens luctu: fert omnia secum.  
At proceres: comites et qui de sanguine claro  
Aut humili de gente forent: desistere nullis  
Nec cessare queunt lachrymis: nec parcere malis.  
Verum ne renouent curas clamore parentum:  
Intra tecta premunt gemitus: tacitiq; retentant.  
Maioresq; malo cruciantur: spiritus egri  
Fortius inclusis exurit ignibus ardens:  
Et cum morati ludiq; magister honesti  
Errato pueros aliquo comprehendit: et acri  
Verbere castigat: ferit hunc in clune flagello:  
In palmis illum ferula detorquet utrisq;  
Hunc alapis pugnisq; petit: perq; inde capillum  
Proiectos etate capit: tunc asper in omnes  
Difficilisq; furit: gemitu promptisq; querelis:  
Perq; genas riuus manantibus omne scholarum  
Concutitur tectum: seui terrore docentis  
Ador quisq; iterius lachrymas questusq; minaces  
Imbibit: et secum taciturnus murmura iactat:  
Et nulli auditas voces singultat in auras.  
Jamq; nouem cessere dies: quo tempore clausum  
In tectis pater obscuris: tetriscq; latebris  
Prestiterat: nec se cuiq; prebere videndum:  
Nec compellandum (quantū vis intimus esset)  
Duxerat: ut patrius mos obseruare iubebat.  
Hinc lecti venire viri lugubribus omnes  
Vestibus induti: demissoq; humida vultu  
Lumina gestantes: verbisq; leuantibus egrum  
Contusumq; patrem properata ob fata salutant.  
Tum quod centenos maiorum more per annos  
Debebant: nullo discrimine soluere tendunt  
Officium: tris flendo dies: totidemq; tenebras  
Ante sui orbatū conspectum regis: et ora  
Ieiuni explerent: grauibuscq; doloribus acti.

Istud idem lacero vultu: laceroq; capillo  
 Ad tres ante pedes: matrisq; ante ora iacentes  
 Proposito supra sexum mentemq; virilem  
 Ostendere animum patrone: et cordis amorem.  
 Jam dolor: et pressus defectos spiritus artus  
 Siccabant: non membra suū seruare vigorem  
 Alterius poterant: nam deficiente ministro  
 Deficit et dominus: paulatim tingere victum  
 Et minimū tentare cibum cepere trementes.  
 Ad tribus ex tantis nuribusq;: oracca nequibat  
 Prepositis dapibus: medicis hortantibus ori  
 Porrigere afflicto: quod conducibile sciret  
 Spiritibus: membris: nervis totiq; futurum.  
 Internus penitus iam siccis ossibus humor  
 Collapsam frangebatur humi: totamq; necabat.  
 Que quātum fuerat pleno formosa labello:  
 Totaq; pinguidulo fulgebat candida vultu:  
 In maciem tantum facies conuersa rigebat  
 Horrida squalenti: membris titubantibus ore.  
 Hanc mira pietate monet: mulcetq; puellam:  
 Et dat in ora cibum: et verbis regina medetur:  
 Lentum digna modis sapientum: et mille figuris  
 Solari: tamen extremis: verisq; periculis:  
 Ad discere extremis multo se fortior audet.  
 Altrati: nigriq; dies de more priorum:  
 Legitimoq; patrum prisorum ex ordine ducti:  
 Seruatiq; diu: nullaq; in parte recisi  
 Discessu abstulerant latitanti claustra parenti:  
 Linquunt vallassi tenebrosas funere sedes:  
 Ingratasq; domos inuisaq; littoza moestis.  
 Nocturnisq; suas repetentes gressibus edes:  
 Atria cesareis herentia sedibus intrant.  
 Quas matrona domos primo viduata marito:  
 Et generosa satis: socrus villana iohannis  
 Adenesij: antiquo seruabat amore suorum  
 Ad aiorum: et nullas meliores esse putabat.

Afficiuntur tantum nostris et rebus aurosum.  
Jam sedata parum: tranquillaq; pectora matris  
Et patris et populi breuibus: paucisq; diebus  
Constiterant: pulsaq; oculis caligine tersis  
Quid fas quid ve nefas certo discernere possent.  
Virginis auratam curru properante tenebas  
Iphoebe domū: mediūq; volans nō amplius arē  
Tendebas nitidis aliena inferre quadrigis:  
Exequias cineri cum iam celebrare recenti  
Et dare dona: preces effundere thure parabant.  
Stat signata dies stat cuiq; reuisere raptum  
Ante diem iuuenem: stellis celoq; relatum.  
Non multi regem proceres comitantur euntem.  
Quāquam multa cohors equitū peditūq; superbe.  
Fortune casus passim sociasset ad omnes.  
Quisq; suum faciebat iter: quacūq; libido  
Et mens tendenti fuerat: dum sic modo in vnum  
Conueniant: neq; enim cuntos cepisse coactos  
Coniūctosq; vie poterant: non villa nec agri  
Ipscere: nam tectum estiuus dabat omnibus aer.  
Atq; vbi regnorum gens omni parte fluentes  
Conuenere loco: sublimiq; arce residunt:  
Ipsa vineta domū statuit: pars lustra ferarum  
Esse sua ad paruum letatur temporis vsum.  
Ibic nigra areolis diues tentoria ponit  
Ille sub ingenti siluarum fronde quiescit.  
Lannarum: fruticumq; teges sine pondere tectū  
Ibumentis multos defendit rore iacentes.  
Ibic tum constituunt plateas: vbi vendere certe  
Vendendis posite mulieres rebus: et emptis:  
Illic vnicuiq; cibaria plura valerent.  
Ibic vaccas: vitulos: iunices in frustra trucidat.  
Flumineos hec vendit pisces: illa marinos.  
Ante alias folgada aderat foedissima vultu:  
Asperior verbo: verum dulcissima factis.  
Ficus: mala: pira: et pomorum deniq; quantum

Liber

Alcubaza parit riguis vberima riuis  
 Larius ignotis: pro vili vendit amicis.  
 Struxerat excelsa sacri testudine templi  
 Post onus expositum comendatumque sepulchro  
 Contextum e multis diuino numine montem  
 Docta ministerij fabricorum dextera lignis.  
 Que textura quidem tabularum erecta cacumen  
 Tectorum tangens: funalia viua per omnes  
 Flentibus ardenti fundebat lumine partes.  
 Intranti a dextra moles quadrata minansque  
 Tot gradibus tymbam constructa tenebat inanem  
 Rex paulo ulterius mentem lugubris et ora  
 Nec non emanuel pullata sede silentes,  
 Vespereas modulis exercent tristibus oras.  
 Adueniente die curantis sanguinis agnum  
 Thurificant celebrantque suis altaria sacris:  
 Qualia solennis nostro de more sacerdos  
 Instituit: diuersa choro modulamina vocum:  
 Et recinente sacros iocundi carminis hymnos.  
 Princeps sacrificat bra carensi presul ab vrbe  
 Huc veniens: electa ferens bonus agmina pastor.  
 Ornabat tonsum nitidis caput infula gemmis:  
 Et nitidis multo melior sapientia gemmis:  
 His actis torquere animos et corpora passim:  
 Et laniare caput penitusque infringere pergunt.  
 Nocte sequente sopor fessos obrepit amarus.  
 Quo gemina luce: et gemina quo nocte carebant  
 Tum vox de celo liquidas demissa per auras  
 Auditur: regemque monet turbare quietam  
 Felicemque animam tutissima regna colentis  
 Atque triumphantis rapti per secula nati  
 Jam cesset caueatque irriter numen amicum.  
 Quid fles? quid tetras promissis de pectore voces  
 Magni animi o princeps: lachrymis quod ceteris ora?  
 Quid tua conuellis spisso precordia questu?  
 Oblitus sophie antique oblitusque decori?

Peccat qui contra celestia iussa faceffit.  
Quiq; dat errandi causas: magis ille putatur  
Legibus errare: et duplices incurrere poenas.  
Errandi cum causa tuis sis maxima regnis:  
Dum te tantopere laceras: teq; ipse refundis:  
Reprensore graui facis et te crimine dignum.  
Ferales depone precor fletusq; profundos:  
Et prudens concede dei pro tempore iussis.  
Non equus eripuit natum tibi: non puer ausus  
Obfuit alipedum medio concurrere curfu.  
Immensi sustentat opus: quiq; ardua mundi  
Secreta ratione regit: vitamq; perennem  
Sepe negaturus prauis: melioribus offert:  
Fecibus e medijs illum miserisq; tenebris  
Sustulit: indignum terras habitare caducas.  
Ille diu carus populis: et vtriq; parenti  
Vixit: et e terra superis celoq; superno  
Expectatus abit: fruiturq; optatus amenis  
Angelicisq; choris: diuumq; quiescit in vlnis.  
Nec lugere decet: quem iam deus euocat vltro  
In gremiumq; suum recipit: refouetq; receptum.  
Aspice quanta volet circum concentibus alnum  
Sanctorum natum et sanctarum turba piorum.  
Surge igitur populumq; tuū pro funere moestū  
Plus nimio lachrymantem plus nimioq; dolētē:  
Et caput in duros geminato verbere postes  
Tundentem: et totam ferientem plantibus edem  
Solare: et tecum casus hortare quietos  
Perferat: immodicos luctus cohibeto tuorum  
Foemineū populorum hululatum: et saucia molli  
Adulce corda modo. sic diuū immota voluntas  
Exposcit: caueatq; dei sibi concitet iram.  
Insanire vetat quem: supra iura gementem  
Damnat: et certam mulctam penāq; relegat.  
Nec ait: et pariam repleuit odoribus edem:  
Nec cuiquā coetu in tanto se monstrat euntem.

Rex alias tales voces: monitusq; deorum  
 Congressumq; alias solitus persepe mereri  
 A somno excussus: secum mirabile duxit  
 Esse nihil: tacitusq; manus cum vocibus ambas  
 Corde preces fundens erexit ad ethera supplex  
 Adane fit: et primos procerum primosq; clientum  
 Quos sibi participes rerum vult esse suarum  
 In medium conferre iubet: narratq; recentes  
 In somnis visus: monitusq; ex ordine diuum  
 Deu nihil est mundis tenerisq; fidelius illis.  
 Ecce monet taceat: s; quo magis admonet: armat  
 Hoc magis ad lachrymas et ad horredos vlululat<sup>s</sup>  
 Scinditur in varias regis mens anxia curas:  
 Quando animi tantos motus: et turbida nullis  
 Pectora moerentum exemplis monitisq; valeret  
 Sedare: et melius mentes mulcere furentum  
 Tunc hec afflictis moeriturisq; insuper addit.  
 Quid tante lachryme profunt: tanteq; querele?  
 En iam me rapitis: iam iam modo fata sequemur:  
 Adenatumq; simul cumulate flebitis: eia  
 Fletibus exaturate animos: vndate meatus  
 Fluminibus lachrymaru internos: vellite totam  
 Et prosus laniate animam: et sine vulnere corpus  
 Actotiens totiensq; mihi renouate dolores.  
 Quin rapide flamme rapida superaddite flammam.  
 Num fortasse magis que fletis: quam mihi vobis  
 Filius ille fuit: finite orbem viuere patrem:  
 Ducereq; infaustu dederint quem fata recursum.  
 His dictis commoti omnes iam tristia ponunt  
 Omnia visceribus que radicata latebant  
 Nec cessant siccare genas: siccare madentes  
 Aut panno aut manibus nullo cu murmure vultus  
 Exequijs sacrisque anime: quam credimus inter  
 Viuere celestum numeru iam rite peractis  
 Et post muneribus celebratum vinctumq; cadauer  
 Donatumq; suis: dimissa mente sepulchro

Semineces repetunt qua quisq; exiuerat: oram.  
 Et gemitu luctuq; pater cesserat: et alto  
 Jam dudum crebros fletus de corde fugarat.  
 Nec non effuso lachrymarum flumine siccus  
 Constiterat populus singultibus vndiq; missis.  
 Sederat effigies morientum pallida tantum:  
 Et macies squalore tremens in corpore toto.  
 Arida in alternum vertentes lumina lumen  
 Optabant oculis iterum plorare coactis.  
 Ergo graues genitor diuina voce querelas  
 Pponit: et ad summū conuertit gaudia celum:  
 Corpus et indignum putrē iam vermibus escam  
 De flere hinc vllō lugereq; murmure censer.  
 Sed precibus meritis sanctos orare deumq;  
 Festinat: factumq; probat mandataq; diuum  
 Se seruaturum totos promittit ad annos.  
 Non vltra queritur: secumq; imurmurat: vt fit  
 Abstulerit quotiens mors immatura parenti  
 Egregium natum: nulli virtute secundum.  
 At mater: coniunxq; nouos tolerare dolores  
 Fatorumq; datas nequeunt admittere leges.  
 Quodq; magis crucietur habet: qd'q; int' aduret  
 Esse nurum secū minimo vix tempore natam  
 Sentit: et ad proprias sedes regnumq; paternum  
 Et ferdinando propere genitore vocari.  
 Difficilisq; nurum durusq; sinebat abire:  
 Tamq; repentinum reditum inuisumq; recessum  
 Legatis missis sofer abnegat: improba quando  
 Et res crudelis: vel crimine digna notari  
 Famosisq; notis: labemq; ferentibus esset.  
 Obstet: quanta potest adhibēs medicamina dictis.  
 Luctaturq; diu: sed nulla proficit arte:  
 Non vllis reuocat precibus: dimittē tandem  
 Cogitur atq; vna multis comitatus euntem  
 Prosequitur: planāq; eburam: montēq; rotūdum  
 Preterit a dextra: saxosum stramotium: elue

Tritifere: mox hinc vicina oleuentia cepit  
 Turre potens: nostri iam terminus ultimus agri.  
 Flumen ana est mediū: trutina quod corripit equa  
 Bellantes quondam dubio pro limite reges.  
 Hinc breue tendit iter proprios visura penates  
 Adenesijs comitata viris: post mille labores  
 Adaterno amplexu: amplexu fruitura paterno:  
 Optatisq; sororibus oscula mutua longis  
 Lolloquijs mixtis lachrymis: ex corde datura.  
 Cetera nobilium redit indignata dolensq;  
 Turba virum: comes abranti moestissimus omnes  
 Ad oesticia exuperat patremq; miserrimus equat.  
 Qui mediam peragrare viam dum ceperat egre  
 Concussus nimis lachrymis et questibus imis  
 Destitit inceptam superare viriliter heros.  
 Indugrediq; eburam (propter solemnia multo  
 Concelebrata die sponsalia: qualia nusq;  
 Diuitijs auroq; ante hac audita fuerunt)  
 Non patitur mens lesa patris: proceresq; recusant  
 Sancterenam contra: infando pro funere nati  
 (Quāq; illic requies animi requiesq; laborum  
 Alere tantummodo et campo solante daretur)  
 Ire negat: penitusq; inuisam temnit et horret.  
 Nec duo grata magis toto sunt oppida regno  
 Regibus: aut cuiq; curas sedare volenti.  
 Venit vlyream septembri mense coactus.  
 Cumq; dies paucos grauida requiesceret vrbe:  
 Incidit in morbum: et febrī vexatur acuta.  
 Turba venenatum veri iam nescia credit.  
 Nec quod erat ratione putat: q; spiritus actus  
 Concussusq; malis et primo saucius ictu  
 Corporeum possit violenter frangere claustrum.  
 Vel qd ab excelso quem diligit ethere regum  
 Et rex et dominus dominatum iuppiter: illum  
 Visitat: et meritum poenis affligit amicis.  
 Ne mox eternis ob turpes torqueat ausus

Supplicij: nulliq; locum det poena quieti.  
 En totus mixtis pueris: mixtisq; puellis  
 (Paruula turba dei mentem mollire furentis:  
 Et reuocare valet: si qua est sententia contra  
 Adortales prolata malos: contraq; tyrannos)  
 Ardua cum precibus promittens vota: patentes  
 Supplice corde deu populus concurrat ad aras.  
 Hicq; pedes nudus: totos hic nudus et artus  
 Sollicitis animis magna contendit in edem  
 Virginis hic templum repetens: ia virginis orat  
 Numina mille vocans: totidem funalia spondet.  
 Proq; suo prime sistendo rege salutis:  
 Jurant se diuis argentea signa duros:  
 Que veram promissa fidem sortita fuerunt.  
 Ex auro totas quidam sculpsere figuras.  
 Non vnum: sed cuncta petunt delubra vouentes:  
 Orantesq; deu: cum numine quoq; precantes.  
 Cumq; diem: et longa faceret gens sedula nocte:  
 Omnipotes faciles oranti prestitit aures.  
 Incolumi regi primu: solituq; vigorem:  
 Effigie: vultuq; suos: oculisq; colores  
 Restituit: natum spargens per membra decorem.  
 Non potuit melius summi sapientia patris  
 Tam grauibus curis tam tetrus corda querelis  
 Consulere oppresse genti: et prima vngere plagam  
 Unguento meliori: et tota reddere sanam.  
 Sicut vbi egrotam quis habet crudo vlcere dextra:  
 Et dolor internus turbet: crucietq; gementem:  
 Sole sub et luna clamoribus ethera crebris  
 Verberet: et demens medicantes respuat herbas:  
 Tum si forte caput subitum suscepit ictum:  
 Qui penetret pellem perituro: ipsamq; medullam  
 Voluat: et assuetam desperet adire salutem:  
 Nec varij medici vario medicamine profint:  
 Immemor et lese dextre: plageq; prioris:  
 Nescius ipse sui: morienti occurrere clamat:

Hic cunctus populus sublato principe ciues:  
 Ac riuus ad mortem properanti rege dolebant.  
 Protinus indomitos in maxima gaudia luctus:  
 Tristiaq; in sortem vertentes fata secundam.  
 Deponunt habitum signantem extrema maloru:  
 Atq; nouas: nitidasq; et lauto corpore vestes  
 Abrasa capiunt barba: comptoq; capillo:  
 Qui prius auulsus: scissus: tonsus ve renatus  
 Esset: et ad diuū iussum se quisq; reform at.  
 Jam tranquilla quies regni: et status altus agebat:  
 Ducebatq; animos aliqua ad solatia reges:  
 Cum regina memor cari lianoza mariti:  
 Quo fragili euentu ferret solamen amico  
 Opportuna viro ( quanq; nihil ille requirat  
 Quod magis optaret ) paulum de pectore nubes:  
 Jam dudum obductas eiecit: et ore benigno  
 Ex multis vnum regalis seuocat aule:  
 Secretamq; refert famuli capientis ad aurem.  
 Augustine mei iecoris scrutator: et alme  
 Maxime seruator fidei: feruentior ito  
 Auerium: quod non multis hinc milibus ertat.  
 Et pede non segni redeas cum pignore nostro:  
 Ut cōmunis amor de hinc inter meq; virumq;  
 Viuat: et alterius partes possessor amoris  
 Vendicet: et nati teneat prope iura prioris.  
 Id mea mens longas noctes immota: diesq;  
 Cogitat: et fieri mandat mihi diua voluntas.  
 Que quotiens proprio maternis ingemo votis:  
 Ante oculos totiens patria bonitate nitentem:  
 Excultumq; nouis puerū virtutibus offert.  
 Nec meus emanuel omni probitate repletus:  
 Quicquid amica soror statuet: dirumpet ineptum.  
 Adulta meum cogunt reddi cor mollius: ultra  
 Cōmemorata: fides: amor: obseruantia patris:  
 A balbis nunquā in me declinabilis annis.  
 Est coniunx: fraterq; mihi patruelis: et idem

Nec duo vincula valens: pater vnicus: adde superno  
 Instinctu natura pares: similesq; reuinxit.  
 Aboribus ingenijsq; nihil distamus vterq;  
 Altera ni mulier: ni vir cordatior alter.  
 Non patior differre moras: vade impiger affer  
 Huc mihi progeniem: que leso pectore moestas  
 Et nostras: patrisq; leuet dulcissima curas.  
 Ille sue domine mandatis paret: iterq;  
 Arripit: et multo coetu sociatus euntum  
 Post posita: spretaq; mora: non gressibus egris  
 Ad oenia sublimi tenuit circumdata muro.  
 Hunc augustinum referunt gerona vocari.  
 Siue gero a verbo: aut gyro cognomē adeptus;  
 Siue sit a scythie memorando flumine gerro:  
 Quod magis ad verum declinat: nomen ibero  
 Berione adducunt alij: quem fortibus ausis  
 Amphitryoniades animis et roboze: et armis  
 Pace vel insignis piceum detrusit in orcum:  
 Queq; gerit: preclara gerit: bene munera gessit  
 Regia: nil prudens extra mandata faceffit.  
 Suscipit oblatum puerū: quem pene sepultū  
 Diua ioanna soroz regis: iam grandior euo:  
 Vestales inter primis natalibus ipsas  
 Nutrierat: carumq; sinu propiore nepotem  
 Querij moresq; bonos: artesq; paternas  
 Discere curauit: cum fari ceperat infans.  
 Manq; patris iussu: cum primos edidit ortus  
 Abranti: que villa loco fuit aptior omni:  
 Almede quoniam regit hanc domus optima: regi  
 Fida nimis: multos ad cuncta probata per annos.  
 Illuc consilio magno transfertur alendus.  
 Hunc amita optatū proprijs excepit in vlnis  
 Anxia: et internis aluit data pignora fibris.  
 Et quanta potuit cura perduxit alumnū  
 Incolumē: iussis donec famulisq; paternis  
 Reddidit: et studijs vite spoliatur honestis.

## Liber

Lustra duo natus primeuã sciuerat artem:  
Et multo grauiora suis euoluerat annis.  
Nam puer hoc nihilo plus tempore vixit ibidem.  
Verum amita: atq; omnis sacrarũ turba sororũ  
Extinctum puerum veluti sepelire pararent:  
Velatum vultũ: velataq; pectora scisso  
Deserte tundunt spissis velamine pugnis.  
Tantum prima valent viui cunabula lactis  
Ad veri primas partes: ac dulcis amoris  
Cogere nutrices: et si non sanguine vinculum  
Infanti: puero ve foret nutricibus vllum  
Sola tamen ratio diuturni temporis vna  
Concordes pietate viros: animoq; perenni  
Redderet externos: contra: si vincula iuris  
Sanguinei multo mortales fune ligarent:  
Nec versare simul: nec re verboq; liceret:  
Germani: fratres: nati: patresq; nepotesq;  
Externi fierent: a deo conuiuere magnum est.  
Non ab re video: pueri primordia tanti:  
Undeq; cõceptus fuerit: quo numine nostram  
Venerit in lucem: non fictis versibus altum  
Atq; opus enarrare pium: sic numina poscunt:  
Et ratio ipsa iubet stimulis vrentibus equam:  
Acceptamq; deo: et non pretermittere notam  
Ad ateriam: ne iura tori quis forte iugalis  
Tam sanctum violasse putet cũ crimine regem.  
Non contra leges cohibentes frena maritis:  
Tale quid admisit: monitis celestibus ausus  
Rem gerere: vt duplici firmaret regna sedili.  
Nam licet emanuel regali sanguine fultus:  
Iure suo regnis posset succedere auitis:  
Non tamen vna satis tutam: sed plurima nauem  
Ancora vincit: et a vento defendit: et imbrĩ.  
Cum lianora supra mores: sexumq; virilem:  
Innumeris dotata bonis: equanda deabus:  
Medum reginis merito prelata superbis:

Corporis ac animi numeros impleuerit omnes:  
 Seu tamen astrozum cursus: seu sidera certis  
 Limitibus prefixa modum: seu fata tulerunt  
 Ne fecunda foret primū connixa marito  
 Pignus amoris et ingens inter vtrūq; futurū:  
 Vel rerum natura parens cum fingeret alio  
 Formaretq; virū totis compagibus: vnum  
 Esse volens: late toto qui splendeat orbe:  
 Sit cum matre sua conata effundere vires:  
 Utraq; constiterit magis hec spoliata vigore.  
 Hinc sterilis mater primo infecundaq; partu.  
 Nam nequit innatū (quāq; infinita fatigent  
 Contractentq;) potens natura amittere robur.  
 Sed si continuo vexata labore: parumper  
 Cesset: ad assuetum redit instaurata teporem.  
 Aspicias vt primo tellus discissa colono  
 Reddere que soleat centeno foenore fruges:  
 Hec eadem multo minus affert messe secunda  
 Paucis post annis (licet humida stercoza iactes)  
 Dat minus: assiduo quanto magis vris aratro:  
 Intermissa suos reparat robusta calores  
 Sic natura iouem retinens elementaq; secum  
 Dat recipit proprio de femine fessa vigorem.  
 Tum pater immensi qui prospicit omnia celi:  
 Omnia prospiciens bene prospicit omnibus: et qui  
 Metitur trutina cunctis leuiore merentem:  
 (Ut solet) ad nostrum demisit lumina regē  
 In somnis igitur cum mens a corpore pigro  
 Dissociata graues discursus alta volutat:  
 Sentit adesse sibi multis de milibus vnum:  
 Concilijs lectum angelicis ad talia missum.  
 Et veluti monitor vix firmis consule rebus  
 Et generi: proliq; tue: regnisq; futuris  
 Voce sub obscura increpuit: seq; eripit atras  
 In tenebras: et nulla pedum vestigia liquit:  
 Flicet ad vocem somno languente grauatus

Rex experrectus vertens huc lumina et illuc  
 Non potuit quod non aderat vidisse: nec illud  
 Quicquid erat: presens oculis vidisset apertis.  
 Sed sentire dei potuisset numen amicum.  
 Immortalis enim non se mortalibus vllis  
 Perspicuum certumq; solet prebere videndum  
 Quic licet affirment manifestis maxima signis  
 Numina congressus aditusq; habuisse deorum.  
 Esse vaporiferum motu grauiore soporem  
 Credit: sepe homines qualis premit astra volātes.  
 Dum supera intentis meditātur et infima curis:  
 Constitit: et secum prudens non cogitat omen  
 Euenisse nouum: sed languida membra solere  
 Spiritibus confusa suis emittere grandes  
 Terribilesq; animi sopito corpore motus.  
 Ergo soporatos leni somno irrigat artus.  
 Non dum bis senos obliquo cynthia cursu  
 Egerat in primo celo mutabilis orbes:  
 Quando iterum celestis auis fulgentibus alis  
 In faciles tenuem delapsa per aera terras  
 Aduenit et rapida se se tulit ocyor aura  
 Ad regem: somno quem matutina rigabant  
 Tempora lenitum: qua nulla est certior hora  
 Que magis apporet veros insomnia visus.  
 Tum mens cuiq; viro purgataq; fecibus astat  
 Libera pituitis: omni caligine pulsa.  
 Celsaq; ob aduentum fulsere palatia tanti  
 Numinis: et vario splendor cōmixtus odori  
 Totius quo tecta domus perfusa calebant:  
 Excitat afflatu regem: sine voce loquentis.  
 Nec somnolentus vigilantī percipit aure  
 Quodcūq; a superis mandatū nuncius affert.  
 Maxime rex summoq; deo carissime regum:  
 Num decuit mea dicta tibi tam obscura videri  
 Dicta: quibus quiuis potuisset reddere lucem:  
 Presertim docto: supra et nubem inter acuto:

An rude et obtusum ingeniū tibi fata dederunt?  
Non ne volas? quotiens opus est super ipsa volare  
Sidera? et ascendis superas penetrabilis edes?  
Ut nomen sic facta tenes iouis alitis: an ne  
Dicere non capio: nec inheret mentibus audes?  
Verba tibi nuper nocturnas lata per auras?  
Nulla tibi ambiguo delphis oracula dicto  
Directo mentem possent diducere sensu.  
Unus plura sapis septem: quos grecia doctrix  
Etherea ad imensum supremis laudibus effert.  
Excute membra graui: languentiq; excute somnos:  
Deq; palatina nuruū vnam delige turba:  
Que dabit in lucem partu certissima natum:  
Prestantem forma: prestantemq; arte futurum.  
Idq; tua in primis consors lianora probabit.  
Nam quicquid statues diuino numine iustum:  
Et factū magno assensu: magnoq; monebo  
Consilio superū. mitte hanc me assumere curam:  
Sarra sibi occurret: que causa prolis agende  
Ancillam sterilis nolenti leta marito  
Obtulit: et sacri non fregit iura cubilis.  
Hec ait: effulsit domus: effulsere penates.  
Cum splendore simul redolent fastigia summi  
Culminis: et qui vix parco: tenuiq; grauatur  
Dum recubat somno indulgens: molliq; quieti  
Rex: caput ad tantam lucem diuiq; recessum  
Elevat: et supplex fundit pia verba: precesq;  
En tua dicta libens capio: et tua iussa facesso.  
Quin secum tacitis votis cōplurima voluit.  
Ut primū croceis surgens optata capillis  
E terris auroa timens phoebumq; diemq;  
Cesserat: ille celer fugientem pone subibat.  
Conciliū procerum vocat: et tum visa recenset.  
Assensere dei fieri mandata iubentis:  
Ardua quantūcunq; forent incerta: monentq;  
Iussa nisi properet celestum implere modestus:

Adagnū forte malū regnis populisq; futurum.  
 Jam tribus exceptis cōpletis mensibus annus  
 Transierat: nota regis probitate beati  
 Tantoꝝq; operis operum vigilantibus: ijsve  
 A puero rebus quas pro celestibus egit:  
 En grauida deus ipse marem producit ab aluo:  
 Artubus integrum: vultu formaq; decorum.  
 Assimilemq; patri: qualis vix creditur alter  
 Legitima quondam generatus matre supernus  
 Adoribus: ingenio: salebris: specieq; fuisse.  
 Ille genus quāuis materna stirpe superbum  
 Factet: et a recto diuorum sanguine ducat.  
 Infanti subito felicibus omnia rident  
 Omnibus: ridetq; pater: ridetq; nouerca  
 Absentes: voluit proprijs lianoꝝa sub alis  
 (Tāta fides in magnū et amor: pietasq; maritū est)  
 Tollere tam tenerum cunarū a tempore: vt inde  
 Adente: manu. visu: quocunq; iter esset: haberet.  
 Cui cardinalis cum sacro in fonte lauaret:  
 Et faceret veri victurū cum grege christi:  
 Adagni equitis nomen posuit celeste georgi.  
 Hinc soroz optabat latebroso inclusa recessu  
 Differri tribuiq; sibi: dum grādior artus  
 In Robore firmasset plumales: spemq; virilem  
 Queq; forent puero digna: ad facienda dedisset.  
 Quo cum ageret durum: faceret felicius eum.  
 Non tam vicit amor: (nihil est hac cōiuge maius)  
 Bermane: q̄z fas: ratioq; potentior omni  
 Telozum genere: insigni pro munere mitti  
 A patre permisit mira pietate nouellum  
 Sponte sua sacrate amite regina nepotem.  
 Nunc repetit: vultu quod iam donarat amico:  
 Interno cupiens secum quocunq; pararet  
 Pergere: ferre sinu: tantum virtutis et equi  
 Officijs parte ex nulla cessura dearum  
 Possidet: hac melius: nil hac est dignius ipsa:  
 Nec queat arfuro concerni sanctius orbe.

Cataldi ad ioannem inuictissi-  
mū portugalie regem arcitinge.

**M**agne deū cultor placido me cōspice vultu:  
Et timide aspira felici flamine cymbe  
Rex inuicte precor: nostra memorande camena.  
Teq3 precor supplex opus hoc quodcūq3 serena  
Fronte legas: nullasq3 putes in carmine nugas  
Esse meo: et quāuis moris sit fingere vatum:  
(A quibus occlusa est grauior sententia rerum)  
Hoc tamen inspecto nil me finxisse libello  
Credideris: nam vera canit mihi fautor apollo:  
Ipse quibus faciles lector modo prebeat aures.  
Felsina vicino seruat clarissima campo  
Eriguam siluam: cuius natura perenni  
Tempore radices nunquā lesura peregīt.  
Arboribus densus locus est: soliq3 negatus.  
Quo coeunt vates si qua ijs est cura canendi  
Perpetuo q̄ floze nitet: q̄ fronde virescit  
Assidua: blande volucres vbi dulce queruntur.  
Lenis et in medio nitidis fons garrulus vndis  
Obstrepit: ac magnis locus est virtutibus aptus  
Auper ego huc veni viridi mea tempora lauro  
Ornatusq3 caput myrto de more virenti  
Accipio calamum dextra foliumq3 sinistra:  
Atq3 italos cantare duces cantare trophea  
Ordior: ingenium mihi ne rubigine longa  
Torpeat: et lauto musarum in munere desit  
En tum phoebus adest: turba comitāte dearum:  
Quem prope calliope stabat: reliqueq3 sorores  
Distinctum pulchro cingentes ordine currum:  
Ad citharam resonos cantus suauesq3 canebant  
Tunc ego sollicito diuos veneratus honore  
Percontor: que causa chorū huc adduxerit omnē  
Phoebus vt est primus: sic primum cōtrahe dixit  
Contrahe queso manus: animū hinc auerte furētē.

Et quo macte tuos quonam transferre labores  
 Iteris et longum frustra disperdere tempus?  
 Consule me: et tibi vera canā regesq; monebo:  
 Eternum carmen quorum laus digna meretur  
 Optimus occiduis portugalis in oris  
 Rex alphonsiades: multos dominatur in annos  
 Inuictus: nulliq; minor pietate: fideq;  
 Reddere iura solet: quo non est equior alter  
 Nec fuit in terris tam recta lance ministrat  
 Justiciam: nullo tractans discrimine gentes.  
 Non secus ac cuiq; det ius astra petenti.  
 Huc ergo o vates: huc vos conuertite mentes.  
 Hic sacras optate deas: hoc puluere anhelet  
 Vester equus: dulcisq; feret noua premia palme.  
 Hoc haurire licet gelidos e fonte liquores  
 Hinc auidam: hinc explete sitim: sed gutture pleno  
 Tu licet hinc abeas: maiorem protinus vnda  
 Excitat illa sitim: placida et tam lenis inundat.  
 Quam centum ficcare queant non amplius vrne.  
 Hic sit mecoenas vobis: hic pollio tantum.  
 Quos memini claris multum fauisse poetis.  
 Orator: vates, nullus quoq; deniq; doctus  
 Hoc duce perdet iter rectum nullusq; peribit  
 Nauta: sub hoc misere iactatus sidere ponto.  
 Hec deus atq; lyras subite increpuere canoras  
 Et cecinere dee: resonis concentibus astra  
 Percutiunt: vere campos hic esse putares  
 Elysios: tam dulce sonant tam dulce canentes  
 Descendunt curru proprias sacra numina sedes  
 Ecce mihi cecidit calamus: ceciditq; papyrus  
 E manibus: latias monitus nec dicere pugnas  
 Audeo: sed munus susceptum desero: meq;  
 Regis ad immensas statuo conuertere laudes.  
 Attamen ingenium titubat minimūq; vigorem  
 Sentit adesse suum: nec par pro munere tanto  
 Quid faciam? an ne tacens temnā mādata deorū?

An tamen vt phoebo malim parere monenti  
 Res ausim tentare meis non viribus equas?  
 Nescio quid mostri magnos contēnere diuos:  
 Turpe quoqz est tenui reges depingere versu.  
 Esto: sit antiquis tua vis celebranda poetis:  
 Quod totum ingenti fama lustraueris orbem:  
 Non despero tamen parnasi posse per altum  
 Ire iugum: et capiti phoebeam innectere laurū:  
 Si modo paulisper leni aspiraueris aura.  
 Tum nec apollineum: sacratarum ve fauorem  
 Pieridum: coeptis humili cum voce reposcam:  
 Eia age musa precor saltem nunc illa canamus  
 Prælia: que alphonso rex inuictissimus olim  
 Bessit in infidos populos: poenosqz feroces:  
 Quos non magna suis romana potentia vicit  
 Viribus: indomitum quāuis pacauerit orbem.  
 Effera nimirū gens est: ac nescia cuiquā  
 Parere imperio: nullis conterrita factis  
 Thura negat superis: et leges seruat iniquas:  
 Contemnitqz fidem sanctam: nec numen adorat  
 Virginis intacte: furijqz agitata prophanis  
 Jam negat esse deos: nisi quos amentia fingit.  
 Miliacisqz minus q̄ hic perpetratur in oris.  
 Nam cui vis retinere datur sine crimine septem  
 Uxores: nulliqz locus consistit honesto.  
 Sanguinis et ratio stat nulli: ducere fratres  
 Germanas impune licet: neptemqz nepoti  
 Lex scelerata iubet coniūgi: pluraqz dictis  
 Comittunt scelera: ad que anim⁹ referēda phoret.  
 Iuppiter vt tam grāde nefas prosperit ab alto:  
 Accersit genitum maia: cui talia celi  
 Stelliferi rector pacatis vocibus inquit.  
 Vade per audentes securo tramite gentes  
 Admercuri: atqz adeas nulli superabile regnū:  
 Et refer alphonso maurozum crimina regi.  
 Sidere qui penitus felici deleat omne

Illorum genus: aut diuersas ire per orbem  
 In partes cogat: domitis aut frena reponat:  
 Aut nihil omnino tali de gente supersit  
 En nitidis celo proles cyllenia pennis  
 Deuolat et nixu properabat vlyx bona regna.  
 Non tam sollicitus fuerat carthaginis arces  
 Cum peteret phrygioq3 duci cum iussa tonantis  
 Promeret: vt latium promissum classibus iret  
 Phoenisse magno iam dudum captus amore  
 Jamq3 propinquarat celebrate ad moenia terre:  
 Fecerat et finem magno longoq3 labori:  
 Cum se defessum leuiter presensit euntem  
 Idic diuum interpres: paulum requiescere coepit  
 Aleria in quercu: fessos dum mitiget artus:  
 Donec se reparat: dulces dum carpserit auras:  
 Et se turbatis totum talaribus aptet.  
 Illico spirantē flatum recipitq3 quietem:  
 Et reficit vires: valeat melioribus vti.  
 Nec mora maiori nixu: spissoq3 volatu  
 Carpit iter: claram facilis deus aduenit urbem.  
 Ingressus tandem dios spirabat odores  
 Aubeq3 in obscura mira nouitate nitebat.  
 Ignarus populus contracta fronte stupescit:  
 Unde nouo euentu cunctus resplendeat aer:  
 Et nimis etheream causamq3 videre latentem  
 Bestit et ad subitum casum cōplura volutat:  
 Esse deū sentit magnoq3 assurgit honore.  
 Ille tamen pergit celsiq3 palatia regis  
 Contendit paribus: nec non nitentibus alis.  
 Plena satellitibus: tyrijs circūdata pannis  
 Regia fulgebat: pictisq3 aulea figuris  
 Pendebant laqueis a summo vertice ad imū  
 Atq3 subintrauit tectum: regemq3 sedentem  
 Conspicit in solio: pulchro demore salutat.  
 Exponitq3 dei facundus iussa potentis.  
 Ipse pater diuum maure cū crimina gentis

Ferre diu nequeat: vanū quod numen adoret  
 Te capere arma iubet: socijs comitantibus vna  
 Alphrum inuade solū: et iam sub tua iura remittas.  
 Censet enim rerum ac summi dominator olympi  
 Ex tot principibus qui clara per oppida regnant  
 Te solū dignum: talem mereare triūphum,  
 I cito sperne moras: veniet victoria tecum  
 Atq; tuis coeptis melior fortuna sequetur  
 Dixerat: ille animos q̄zq̄ fortissimus heros  
 Erigit: et secum prenoscit mente sagaci  
 Nuncius vnde noua veniat mirabilis arte.  
 Tumq; ait o summi interpres quicunq; tonantis  
 Hec tua dicta libens capio: et mandata faceffam.  
 Vix ea protulerat: plura his dicturus habebat:  
 Ille abiit: gressusq; deum patefecit euntem.  
 Adilleq; odoriferis cedens loca cuncta repleuit.  
 En citius dicto properant edicta per vrbes:  
 Que quisq; insulso preconē iubente capessit.  
 Festinatq; suo domino parere: nec vllas  
 Ferre moras patitur: vastas pars altera classes  
 Comparat: hec equites: pedites pars altera cogit.  
 Qualis magna duces: et atriden cura premebat  
 Et labor ignotum troie cum grecia bellum  
 Intulit: ipsa tamen supremos passa labores:  
 Adaxima dum iustis vastaret pergama flāmis:  
 Talis erat feruo: qui sollicitabat ad arma  
 In libycos patrem: natum: populūq; fidelem.  
 Pars vna et gladios: et acuto hastilia ferro:  
 Balistasq; leues: catapultas nauibus addunt.  
 Et quodcunq; potest inimicos ledere telum  
 Accumulant: ariesq; malus super additur istis.  
 Additur inuentum nuper mirabile bombis  
 Quod valet emissum troianos frangere muros:  
 Effeda multa leui celeriq; rotantia canto:  
 Quicquid et horrifona fabricauit mulcifer etna  
 Adijciunt: amplustra etiam q̄z plurima trudent.

Nec desunt pharetre (quales vir gnoscia tellus  
 Protulit) armatis plene varijsq; sagittis.  
 Et calathis longis cerealia munera stipant  
 Interius: lymphaq; cados: implentq; phalerno.  
 Pregrandēq; onerant nauem: ne debita vite  
 Deficiant: neq; enim tuti ire per auia ponti:  
 Aut aliter se se sperabant hoste potiri.  
 Ecce dies aderat: qua rex se ad bella pararat  
 Alphonfus: belloq; sagax natū esse recusat:  
 Sed regno remanere iubet: cupit ille venire  
 Feruidus: hostiliq; refert occumbere ferro  
 Ad alle: patri comitem quā se nō donet eunti.  
 Arma ergo ante alios iuueniles induit artus:  
 Sub quibus egregium decus: egregiūq; vigorē  
 Ostentat: nō quale viro concesserit vlli  
 Natura: vt credas illum maurote fuisse  
 Vel ioue progenitum: gentem ni noueris huius.  
 Tandem structa ratis: rebusq; ad bella paratis  
 Jam validis oneratur equis: et milite lecto  
 Completur: regesq; sua pro puppe sedentes  
 Tendere in arcillam: que ter stat milia centum  
 Precipiunt: leniq; noto dat vela carina:  
 Non tam fama volans ad colchos durit ouantem  
 Esonden: minyasq; noua nec lymtre profundū  
 Tam letos secuisse ferunt cum vellerā quondam  
 Durate pecudis per multa pericula adibant:  
 Quam rex et comites letiq; alacresq; propinque:  
 Infideq; aptis veniebant nauibus ore.  
 Incipit elatis velis adnare per vndas  
 Et facit acta salum spissis albescere remis  
 Paulatimq; leuis motu nutare videtur  
 Proza suo: puppisq; parem facit emula cursum,  
 Hoc dum sollicite discedūt littoze naues:  
 E speculis regina suis iam cuncta videbat:  
 Tollebatq; animos: reditūq; optabat eunti  
 Leta viro: supplexq; manus ad sidera tendens

Felicem natum felicia queq3 reuerti  
 Orabat: patrijsq3 deis spolia inde referri  
 Hinc quoq3 plaudentes pueri: in fontesq3 puella  
 Et matres: tremuliq3 senes sine murmure nusq3  
 Ad oenia cingentes spectabant lumine fixo  
 Nec arcillanus dudū presenserat hostis:  
 Et se se muros intra munimine multo  
 Clauserat: et saxis: iaculisq3 atq3 arcubus ijs ve  
 Quecūq3 inuenit vim defendentia telis  
 Lautius infensus totam muniuerat urbem  
 Absentemq3 hostem verbo deridet inani.  
 Jam prope transgressi non segni remige littus  
 Vicinūq3 solum lene spirantibus euris  
 Attigerant: subitus vortex cū ingentibus vndis  
 Sevit in instructas voluitq3 per equora naues  
 Heu quanti periere viri: quot fortia casus  
 Corpora consumpsit pelago: rex prouidus intus  
 Ingemuit fortiq3 animo solatus amicos:  
 Hac ad neptunū se vertens voce precatur.  
 Quid deus exerces in nos immanius iram?  
 Quid ve rates gentesq3 meas sic perdere tendis?  
 Num merui: num grāde scelus cōmisimus in te?  
 Te numenq3 tuum placauimus: hostia multo  
 Ante tuas aras cecidit pinguisima cultu.  
 Non frater: non magna soror: quocūq3 vocauī  
 Tempore destituit: nec diuū quicquid vbiq3 est  
 Siste precor rabiem pelagi: seuosq3 tumultus  
 Comprime ventorum: mortemq3 auerte nefandā.  
 Actanti miserere mali: miserescere vestrum.  
 Vix ea finierat: cū iam tumor omnis aquarum  
 Et fremitus vnde q3 maris cecidere sonantis.  
 Quod solitū vndarum vomitu cōferuere et estu.  
 Hinc atq3 hinc quādo prerūpitur vnda tumescens.  
 Et truculenta vorat nautas: ceu dira charybdis  
 Absorbet locus ille rates: vomit impius vndas  
 Et celer inde rapit vomitas: non vlla carina

Hac nisi cum magno poterit transire periculo  
 Optata tandem primus vestigia terra  
 Sed tamen inuisa culta: gentiq; premende  
 Rex figit: celerem quem cetera turba secuta est.  
 Deponuntq; onera: et que bellis apta ferebant  
 Explicuere manu trepida de nauibus: et tum  
 Conficiunt paruo spaciosum tempore vallum.  
 Quo se tanta hominū tutari milia possint.  
 Aligeribus longis locus est: compageq; multa.  
 Perpetuusq; cauis circūdatus vndiq; fossis  
 Circunquaq; tenens operosa foramina versus  
 Hostilem nīmū trepidantia pectora gentem  
 Donec castra locant: vires exercitus omnis  
 Preparat: et vitam subita cum morte rependit:  
 Omnia perspiciunt properari ad moenia mauri:  
 Extemplo magnūq; metum magnumq; dolorem  
 Concipiunt: neq; enim vanū presaga timebat  
 Sensus ea: nanq; neces et strages mente videbat  
 Ante oculos fieri: vt magica presenserat arte.  
 Quo vitio immodico gens barbara cuncta laborat  
 Jam cum temp<sup>9</sup> erat clausos irrūpere in hostes:  
 Alta iubet tolli ductor vexilla manipulis:  
 Quandoquidem oblonga ferri testudine muros  
 Fregerat: hincq; iter inuadende fecerat vrbī.  
 Nullum opus in terris ita inexpugnabile constat:  
 Quod non tale suo tormentū conterat ictu  
 Manq; vbi per minimū postrema ex parte foramē  
 Igniculus lambit confertū puluere corpus:  
 Emitterit tonitrum saxūq; volatile longe  
 Proiicit: in prima quod fixum fronte manebat.  
 Hoc est illud opus: cui fulmina sacra tonantis  
 Conferri possint: sonitū flammāq; et odorem  
 Dant similem: et cunctis sunt pene simillima rebus.  
 Rex licet ardentēs omnes: fortesq; videret:  
 Et licet hortatu consortum nullus egeret:  
 Attamen hec placido voluit mitissimus ore

Pauca loqui: magis armaret quo in prelia cūtos.  
 O quid ego socij: quid vos exhorter ad arma?  
 Si pro me primis animā diffundere ab annis  
 Non renuistis: amor iam pridem cognitus imo  
 Vester inest animo: proprios e corpore natos  
 Esse meos volui: vestras nunc promite vires:  
 Et solitos mostrate animos: quibus ante fuistis.  
 Scitis enim requiem post partos esse labores  
 Propositam: fortiq; viro laus magna futura est  
 Vobiscum moriar: vobiscū secula ducam  
 Omnia: dum mites producent stamina parce  
 Eia agite armato et constanti pectore in hostes  
 Tendamus: memores laudis memoresq; decori.  
 Quinetiam dextrumq; iouem: martēq; secundū  
 Credam: quoniam sunt hec mādata deorum  
 Nec ait. ere dato signo prius ore sonoro  
 Inuadunt equites celeres peditesq; frequentes  
 Adoena circundant: ruit omnis in agmina turba:  
 Vibratūq; leui iaculatur missile dextra:  
 Et subiti ex arcu raro fallētia mittunt  
 Spicula: dant certū capiuntq; in corpora vuln<sup>o</sup>.  
 Inq; vicem gladijs densis nitūtur et hastis.  
 Tum gelidi horrores penetrarunt corda pauētum  
 Ad aurozū: quos hinc man<sup>o</sup> atq; hinc regia cingit  
 Tum care matres manibus sua viscera natos  
 Arripiunt: mediosq; sinus in pectora stringunt.  
 Filius interea clara comitante iuuenta  
 Egreditur muros: ex leua parte patentes  
 Dudum per fractos: media et dominatur in vrbe.  
 Nec non se domito victorem prebuit hosti.  
 Cuius ob aduentum value panduntur et illuc  
 Certatim per tela furens irrumperere gaudet  
 Egregius miles: vincendi tanta cupido.  
 Cui se se pater immiscet: velut igne corusco  
 Fulmen ad inferiora polo demittitur alto.  
 Et ferit hunc: caput illi abscindit: concidit ille

Stratus humi: certo transsossus pectora telo.  
 It cruor effusus: tanquam fluitaret enipheus.  
 Pars reliqua effugium querens annititur hostem  
 Euitare trucem: verum locus abnegat: et fors  
 Quid faciant domiti: fas est concedere fortis  
 Et se victoris manibus prebere tenendos  
 At cum terribiles taurozum armenta leones  
 Ingressi: quos dira fames: et acerba furentes  
 Impulit huc: animal toruum feruntqz vorantqz  
 Horrendisqz iubis et aperto comminus ore  
 Nunc hunc nunc illum quatientes: cornua contra  
 Infert turba minor: quantam natura parauit  
 Pro se fundit opem: donec cessisse necesse est:  
 Et se demissos prebent maioribus: et se  
 Crudius iratis laniandaqz corpora tradunt:  
 Illi autem rabiem satiati: sponte recedunt:  
 Et rigidi exhaustam predam: laceramqz relinquunt:  
 Sic rex bellipotens stipatus gente fidelis  
 Castabat iusto pro christo Marte rebelles:  
 Infestosqz canes: que gens inimica deorum  
 Nusquam passa iugum fuerat: quam mille p' annos:  
 Ad ille duces petiere suam: succumbere nulli  
 Ad aluit: et victam dici se turpe putabat.  
 Tum pater alphonso pacatis hostibus: ambas  
 Sustulit in celum palmas: summoqz tonanti  
 Adente pias grates peragit: sociosqz requirit:  
 Sustulerat quos atra fero mors fortia bello  
 Corpora magnanimūqz gemens ex corde maraluā  
 Querit: et hinc socium henricum: duo lumina regni  
 Qui fuerant: equites ambo: comitesqz probati.  
 Audijt vt nudis illum cecidisse sub armis:  
 Vir potuit gemitus: et vix sedare dolorem.  
 Quin pene illachrymans suspiria duxit ab imo  
 Pectore: tam clari casu concussus amici.  
 Tantum etenim fidei: tantum probitatis in illo  
 Mouerat: henrico post bella superstitite gaudet.

Conscia mens regis: nãq; hic fortissimus annos  
Post paucos: urbem constans dũ seruat eandem:  
Comprensus varijsq; dolis et fraudibus extra  
Occubuit muros: quo facto gloria maior  
Contigit heroum nulli: nec mortua virtus  
Adilitis esse potest: post funus florida viuet.  
Inter et hec primum custodibus vrbe retrusis:  
Atq; trucidatis: proprios: et ad ardua promptos  
Imponunt: qui cuncta regant: recteq; gubernent  
Sic inimicorum dijs exhortantibus acta  
Strage virum: foedeq; animis in tartara missis:  
Inquirunt alacres iocunde fercula mense.  
Et laxare animos: et corpora fessa duello  
Adulcere incipiunt dapibus: letoq; lyeo.  
Ipse suo dominus proceres placidissimus ore  
Incitat ad nitide presentia pocula coene.  
Mortaturq; leuent mentes: et membra quiete:  
Instaurentq; epulis: siquidem fortuna secundis  
Mobicum nunc rebus agit: iam viuite leti:  
Viuite ait: moestoq; omnem de corde timorem  
Pellite: et heroas animis assumite vires:  
Hoc licet hoc fas est: superos meliora daturus  
Speremus: quoniam non surda iuppiter aure  
Adortales audit: iusta et non praua petentes:  
O que fortune felicis gaudia patri:  
Que ve fuere simul nato: gens cetera plausu  
Aera conturbat: crebrisq; obtunditur idem  
Vocibus: assimiles echo vanissima reddit.  
Nec dum iocunda peraguntur gaudia mensa.  
Phoebus ad occasum tendebat rosidus orbem:  
Et celeres agitabat equos: axemq; vehentes:  
Oceano flauos properabant mergere crines.  
Tunc oculos nox atra premit: somnumq; requirit  
Defessis: ita dulce petunt: stratumq; cubile.  
Lui se demittit totam maurotia pubes:  
Excipiat plenos integra nocte sopores.

Qualiter audaces spaciosa per equora naute  
 Factati: horrendo remis velisq3 labori  
 Incumbūt: miserasq3 studēt quo euadere vitas  
 Tempestate queant: pluuia hinc obscuraq3 nubes  
 Pessimus hinc auster perflat mortemq3 minatur  
 Horribilē: scopulis hinc stantib9: hincq3 procellis  
 Id noctem atq3 diem patiuntur: littoza tandem  
 Semianimes apprendunt ad somnūq3 profundū  
 Se se quisq3 iacit: repit sopor intimus artus:  
 Taliter irriguam carpebant lassa quietem  
 Adembra virum: quos mortifero victoria bello  
 Lassarat: fractosq3 animis et viribus omnes  
 Reddiderat: tales non quales ante fuissent.  
 Hoc deuicta modo: hac est expugnata ruina  
 Perfida gens: et nunc primū superata reuinctas  
 Post sua terga manus dedit: alphonsumq3 timere  
 Coepit: et inuicto regi parere coacta est.  
 Postera lux aderat: croceisq3 auroza capillis  
 Cesserat e terris: illasq3 reliquerat vdas:  
 Cum sic progenies primos edoardica verbis  
 Aditibus alloquitur: monstratq3 pericula sortis  
 Esse benigna duci: quotiens deuincitur hostis.  
 Illorumq3 animos hortatus (qualia princeps  
 Aditibus narrare solet post dura pericla)  
 Adiores queritur belli superesse tumultus.  
 Urbs fuit equoreas (est nūc) placidissima ob vndas  
 Tinge: quam bello multi petiere potentes  
 Prestantesq3 duces: frustra sed tempore lōgo  
 Pugnauere suis opulentam viribus urbem.  
 Nam claris munita opibus: munita superbo  
 Adilite: contemnit vicinos improba reges.  
 Ingeniumq3 loci facit: vt securior omni  
 Parte sui maneat: nullosq3 insana timefcet  
 Quin et ab antheo memoratur cōdita mauro.  
 Hinc abila est: illinc erecta cacumine calpe  
 Obijcitur: priscozum aliqui dixere columnas  
 Herculeas: quibus annexis reparasse receptum

Alcides canitur mare: nec prius vnda refluxit:  
 Quam mons imposito nexu laxatus vterq;  
 (Siue sit a nostris nuper memorabile fictum:  
 Fabula seu fingat veterum mostrosa viroꝝ)  
 Permisset aquas solito iam calle reuertit:  
 Hincq; sui capit oceanus primordia cursus  
 Littus ad hispanū: libycūq; hinc vsq; triquetram  
 Abluit: ionium simul: egeumq; profundum.  
 Idq; sua regnū cupiens ditione tenere:  
 Arma parata mouet: fidos proceresq; ducesq;  
 Conuocat: et recti pandit penetralia cordis.  
 Vidi iam pridem vestre obseruantia mentis  
 In me quanta foret: vidi rigidissima bello  
 Pectora: noui animos extrema et ad ardua fortes.  
 Vos ego multarum per tetra pericula rerum  
 Expertus totiens: nullorum tela potentum:  
 Crudeles ve minas: aut horrida tela vererer.  
 Quinetiam auderem terris quodcūq; pericli:  
 Tantum nos animi mouit fiducia noti.  
 Nunc quo nos fortuna vocat cedamus: et illic  
 Ad arte fauente decet solitas extendere vires.  
 Bens fera littoꝝibus nostris vicina coheret  
 Regibus inuitis: quam nutrit barbara tinge.  
 Que scitis quot iniqua viros: quot tradidit orco  
 Armigeros: quasi semper inexpugnabilis omnes  
 Negligat: imperiū nunquā captiua subiuit  
 Illa meum (non vana loquor) vos omnia nostis.  
 Pergamus quo fata monēt: nō impia regnet:  
 Non impune ferat: dictis quibus annuit omnis  
 Turba virum concoꝝ animis: tū tendere gressus:  
 Largisq; optatam contingere passibus urbem  
 Festinant: nullumq; putant pro laude laborem.  
 Curua anus interea tantarum conscia rerum:  
 Conscia confecte cladis: tantiq; paratus:  
 Ex arcillana fugiens tremefacta ruina  
 Nuncia deuicti populi preuenerat: et cum  
 Euerfas narrauit opes: stragemq; suorum:

Vulneraq; et plures diro certamine cesos:  
 Et ni tingensis fugiat: ni deserat urbem:  
 Comonuit similem cedem: subitaq; futuram:  
 Haud mora (vix acto vetule sermone monentis)  
 Tingensis pavidus patria decedere terra  
 Contendit: celeriq; fuge se se inserit vltro.  
 Hic pedes: alter eques: citius quo prestitit: exit:  
 Est alij qui tardat iter: tardatur et ipse.  
 Quo ve magis fugiunt alij: tanto magis intro  
 Se se inuolentes ad pristina claustra reuertunt:  
 Est qui discumbens e mensa ad talia surgit:  
 Semefasq; dapes nitida inter prandia turbat:  
 Pontanti rursus cyathus cadit ore: manuq;  
 Fractus humi: sparso potu pro veste bibentis  
 Tantis erat terror properantis regis in hostem:  
 Quo iam precipites ex alta pene fenestra  
 Corruerent aliqui: mentis caligine cecis  
 Detenti subito nisi comonitore fuissent.  
 Quisq; suū infectum nimia formidine munus  
 Deserit: attonitusq; fugam per compita querit:  
 Hic plenam in fouea numis celer occulit vnam:  
 Adrosusq; senex pergat securior extra:  
 Argenti veteris condit graue pondus: et auri:  
 Effosseq; sagax terre super addit aceruum.  
 Hic non vlla patrem natozum cura remordet:  
 Nec soror est fratri cure: fraterq; sorori.  
 Infantem a cunis tantum trepidissima mater  
 Arripit (ah pietas sola hec est digna notari)  
 Et secum transferre parat quocunq; vagatur:  
 Imbelles quidam mira pietate parentes  
 Eripuere humeris: et donauere salute.  
 Sunt qui correptos iungere ad aratra iuuenos:  
 At quecunq; domi retinent: saltē optima plaustro  
 Longe aliquo in tutū portent: vitentq; ruinam:  
 Extremū vite damnū exitiumq; ferentem.  
 Qui libyam fugiunt: horum carthago recepit  
 Ingentem numerum: quorum pars inscia pontum

*Junia tingensis  
 Junia tingensis  
 Junia tingensis*

Transfretat angustum:securos incidit hostes.  
 Sic velut in lato sparsi cum gramine cerui  
 Agmen ouans teneros flores pascunt et herbas:  
 Unus agit turbam cautus:vallemq3 per omnē  
 Prospicit huc illuc erectis cornibus astans:  
 Interdum misso presentem mordicus herbam  
 Dente secat,timidus caput et citus eleuat altum:  
 Tum forte improuisus adest venator:et acri  
 Voce canes sociosq3 vocat:fugit ocyus agmen:  
 Insequiturq3 furens animalia concita casu:  
 Dist illi exciti loca se in diuersa receptant:  
 Nam pars vna nemus repetit pars altera rupes:  
 Inq3 lacum hic pronum se proijcit ille timore  
 Longinquos campos distantiaq3 arua perrat  
 Non secus arripuere fugas vrbeq3 domosq3  
 Destituere citi:gens summo infida tonanti  
 Tingenses:aliudq3 coacti querere regnum  
 Effugere metu magni regisq3 potentis.  
 Ergo vbi venerunt celebris prope menia tinges:  
 Adore suo se quisq3 parat tentoria ponunt:  
 Et se maiorem primo certamine pugnam  
 In rigidos hostesq3 feros cōmittere credunt:  
 Experti totiens vires:animosq3 furentes  
 Indomiti populi:z nullorum facta verentis.  
 His dum se accingunt:nullos in menibus hostes  
 Stare vident:strepitusq3 virū cū murmure nullus  
 Auditur:nec qui patriam defendat ab hoste  
 Promptus adest:tandem nemo sentitur in vrbe.  
 Adiratur:cecosq3 dolos:fraudesq3 parari  
 Rex putat:z varios sensus in pectore versat.  
 Mimirū deserta nouo stant omnia casu.  
 Adittitur astuta scrutator callidus arte:  
 Cautius aduertat valeatq3 occulta referre.  
 Ut redijt:valuas vrbis vidisse patentes  
 Alteriusq3 oculis quantum prosperit acutis  
 Nil vidisse refert:solos audisse hululantes:  
 Latrantesq3 canes:nihilum sensisse fatetur

Humani: tacitis plene omnia fraudibus inquit.  
 Quid faciant? intrare vetat timor anxius: obstat  
 Ire pudor: vinciq; nefas et cedere turpe est.  
 Verum magnanimo virtus in principe: nusquam  
 Contremuit: quantoq; magis versatur iniquis  
 Casibus: audendo tanto prestantior extat.  
 Rex placido astantes vultu circūspicit alas:  
 Instructasq; acies: en nunc ego primus amici  
 Experiamur ait: tacita quid fraudis in vrbe:  
 Quid ve doli captent: dat vincere certa voluntas.  
 Irruit armipotens: hominū quē mille phalāges  
 Plus solito armate vi magna pone sequuntur.  
 Adilitis arma sonant: cursu fulgentia equorum.  
 Dat tuba conflatis sonitum dat concaua buccis.  
 Tū strepitus clamorq; ingens super ethera venit  
 Nullos inuenere dolos: nullasq; paratas  
 Insidias: preter spem queq; latentia cernunt  
 Non vir per solitos hosti: non foemina vicos  
 Occurrit: qui prestat opem: qui clamat ad arma.  
 Omnibus inueniunt viduatam viribus vrbem.  
 Reliquias profugum duo vasta cadauera tantū:  
 Annosumq; senem prendunt: lectoq; cubantē.  
 A quo narratum casum: didicereq; factum  
 Preteritū: post hec rex optimus omnia mandat  
 Adilitibus tribui bona: qualiacunq; fuissent.  
 Et loca capta iubet fido custodeq; multo  
 Seruari: metuens stultam gentēq; malignam.  
 Postq; sedatam tingem munivit ad vnguem  
 Ventibus electis (quid enim solatia victor  
 Differret?) captam graditur stipatus ob vrbem.  
 Lernereq; externum gaudet studiosius agrum.  
 Et noua fautorum secum miracula diuum  
 Contemplatus: agit grates: quibus esset agendū.  
 Erectisq; oculis ad flammea sidera supplex  
 Collectas tendit palmas: milesq; comesq;  
 Hoc faciunt: inter se se mirabile narrant  
 Euenisse nouum: que multis vicerat annis

Et gens que plures contempserat aspera reges.  
Hec eadem nullo propugnatoze subacta est  
Sponte deum voluisse feram deuincier urbem  
Hoc pacto affirmant: seclī monumenta futuri  
Digna qz describi longis annalibus aiunt.  
Nunciū attulerat tante preconia palme  
Regine: et cunctas regi cessisse secundas:  
Et cito venturum spolijs narrarat onustum.  
Nec mora nobilium ignara cum plebe viroꝝum  
Turba petit magni gaudens delubra tonantis:  
Sacrāqz thura deis ponit: sua vota resoluit.  
Idqz in maritate tanto pro munere matres  
Percipiunt: manibus tensis et poplite flexo  
Procumbunt aris: et numina sancta precantes  
Expectant certa victores laude maritos.  
Rex vero in patriam gressum: reditumqz parabat:  
Et vacuam nautis ad proxima littora classem  
Nauigiumqz iubet duci: quod lecta viroꝝum  
Lorpora prestantum: regumqz imposta vehebat.  
Et que de laribus portarant: arma recondunt.  
Electamqz ornant varijs ex frondibus alnū.  
Hocqz coronata proza de littoze cedunt.  
Optatasqz domos per itinera tuta canentes  
Traiiciunt: zephyroqz sinus afflante penatum  
Attingunt: nullo ventozum turbine iacti.  
Hinc quia victori regi pater ipse fauebat  
Omnipotēs: reduces ad vlyxbona regna reuertūt.  
Hec pax alma graues animi depellere curas  
Cogit: et ad centum regem solatia vite  
Inducit: placidoqz sinit requiescere regno.  
Nil melius recto: nil pace salubrius ipsa.  
Nam iubar in prima celi quod parte refulget:  
Et quod postrema non tantum luminis affert:  
Quantum iusticia: excelsus nō staret olympus:  
Nec genus humanū terras habitaret inanes:  
Si que per luxum nimium fruticante recidit  
Ense superuacuos prudens ex arboze ramos

Abfozet astrea: et pronas in turgida mentes  
 Non premeret: motusq; feros et crimina duris  
 Arceret vinculis: quo circa ille ille supernus  
 Qui data pro meritis homini sua premia pendit:  
 Ante alios tanti regis bene corrigat actus.  
 Felicemq; animo: rebusq; et corpore seruet.  
 Solus qui lato cesar dominetur in orbe.  
 Cui talem natura (tot inter munera) formã  
 Prestitit: haud magnus qualem describat homer<sup>9</sup>  
 Quod si peliden: quisq; miratus achillem:  
 Hectoraq;: aut veros habuit quos roma quirites:  
 Viderit hunc: veluti diuū venerabitur ipsum.  
 Cui licet interdum faciles non prebeat aures  
 Iuppiter: humanis solitus succurrere rebus:  
 Non tamen iratus misere infortunia vite  
 Conqueritur: sed iusta probat quecūq; deorū  
 (Quãq; dura nimis fuerint) iubet equa voluntas  
 Sacrorū illi cura prior: nam mane reuisit  
 Tempa dei: quem fidus amat: quem fidus adorat.  
 Quem trinū credit (mirum celeste) latentem.  
 Virgineumq; colit numen celebrisq; frequentat.  
 Vbi perfoluit diuis soluenda: precesq;  
 Fundere cessauit: sacris comitatus ab aris  
 Egreditur: raucumq; sonū dent cornua mandat  
 Rex comis: querulosq; canes: eupidosq; ferarum  
 Precipit a nodis solui: dominaq; catena:  
 Liberaq; excipiant blandis animalia caudis  
 Jura sui: dulciq; aura per prata fruantur.  
 Blandicijs domino celeres occurrere perstant:  
 Plurima conantes veras imitantia voces:  
 Quo libertatem signo predamq; futuram  
 Adstrant: hec certus quibus est ad munia sensus:  
 Humani tantū sermonis deficit vsus.  
 Pars alijs intenta studet bene prouida rebus:  
 Flagranti vt sonipes cocco sternatur et ostro:  
 Qui sustentet onus: latisq; quietius armis.  
 Portet inoffensum: seruetq; per omnia regem.

perfecto homine

48

Cataldus ioanni potētissimo  
portugalie regi. S.

Effeci iam illud potentissime rex: quod tibus ab  
hinc fere mensibus faciundum mihi mandaueras.  
Nihil est enim tam magnum tamq3 arduum quod  
causa celsitudinis tue efficere nō studerem. et cōtra.  
Nihil foret tam vile tamq3 infimum: quod item cel-  
situdinis tue causa exequi dedignarer. Sum semp  
ad omnia quātūuis magna minimaq3 nutu tuo pfi-  
cienda paratissim⁹ et quanq3 presenti operi extremā  
manū eram adhibitur⁹: quia tamē a quibusdā auli-  
cis intellexi: quātūlūcunq3 et q̄lecūq3 opus foret: vi-  
dendi eius nō mediocri desiderio te teneri: non ab re  
visum est mihi maiestati tue perlegendū tradere. in  
quo quantū mihi elaborandū fuerit: silētio pretereo.  
tū quia res noua: ac tractatu difficilis erat (hoc pre-  
sertim dicendi genere) tum ob librorū inopiā: q̄ sum-  
ma incōmoditas est: Nam q̄ ex italia mecū traduxi  
volumina: iuris ciuilis non alterius sunt facultatis.  
et in huiusmodi cōpositione omne pene autorū gen⁹  
discuti oportuit. Siqdē nihil sublimi⁹ homine pfecto  
eiusq3 sensibus in hoc seculo inueniri potest. Smitto  
animā qua nihil prestantius a deo optimo maximo  
nobis tributū est. a qua quisq3 human⁹ totus pēdet  
et quantū sincera gratus propinquusq3 fit morta-  
lis deo: tantū cōtaminata odiosus alienusq3 creato-  
ri suo existit. lege itaq3 quicqd est. Spero vbi legeris  
recteq3 intellexeris: legenti: intelligentiq3 nō inio-  
cundum: nec inutile futurum. Valeat. L. L.

Cataldi ad eundem regem de  
perfecto homine liber.

**M**axima prisorum: viuentū maxima regū  
Gloria: qui qd idem gratia nomē habes  
Es qui magnanimos inter regesq3 ducesq3:

S

Unicus: vt phoenix creditur inter aues:  
 Perlege iocundū iocunda fronte libellum:  
 Si vacat: aut minimū fac precor ipse vacet.  
 Perlege quicquid erit: non aspernabere lectum:  
 Quin tibi que placeant cognita: multa leges.  
 Hoc magis accendāt: hec q̄ tua iussa fuerūt:  
 Aspera: me miserum: res nimis ista fuit.  
 Non minus hanc prima gratā tibi spero camenā:  
 Illud opus quanuis teq̄ patremq̄ canat.  
 Jam licet a curis animos laxare seueris:  
 Et breuis hec etas longior esse queat.  
 Temploꝝq̄ licet cultor: rerumq̄ piarum  
 Assiduus sanctis fungeris officijs:  
 Attamē exiguum fas est secedere sacris:  
 Quo mens ipsa recens altius exagitet.  
 Pompilius sacris interdum cessit ab aris:  
 Nec minor est illi cura relicta deum.  
 Se pater eloquij musas legisse fatetur:  
 Nec tamen officij cura prioris abit.  
 Quid vetera enarro: nostri baduerius auctor:  
 Implicitus cui stat continuusq̄ labor:  
 Ardua plura facit: summo venetoq̄ senatu:  
 Si tamen offertur dulce poema: legit.  
 Post redit ad solitas grauiora negocia curas.  
 Quodq̄ prius munus gesserat: inde gerit:  
 Sic tu pauca legens ad munia prima redibis:  
 Et capta melius cuncta quiete geres.  
 Proderit humani cognoscere corporis vsum:  
 Imperio mentis seruiat etheree.  
 Undeq̄ principium tantūq̄ assumpserit ortum:  
 Et repetat fracto carcere missa domum.  
 Neū nihil est tutum vanis confidere rebus:  
 Neū nihil hac certi conditione boni.  
 Ingenio soli: soli confide tonanti  
 Quisquis es: et tutus nullius arma time.  
 Legibus et quanq̄ sim nunc addictus honestis:

Attamen aonides: thespiadesq; iuuant.  
 Quod si nostra libens roseo perlegeris ore:  
 Jam crescent vires: crescet et ingenium  
 Tum potero cecinisse tuas laudesq; tuorum  
 Omnia victuris secula carminibus.  
 Notus es occiduis: extremis notus eoīs:  
 Ut poteris nostra notior esse tuba.  
 Verum q; mores hominū q; omnia calles:  
 Nostra tuas titubat musa subire manus.

**I**n terris animal præstati<sup>o</sup> omnib<sup>9</sup> vnū est:  
 Quod deus effigiem iussit habere sui.  
 Nec satus iapeto (vatu quod fabula narrat)  
 Finxit: et hinc animam solis ab igne tulit.  
 Quinetiam omnipotens animalia cuncta domare  
 Præstitit: et domitis posse iubere feris.  
 Huius compositum diuino munere corpus  
 Innumeras partes: multaq; membra capit.  
 Stat caput erectum propter duo lumina visum:  
 Ut quod obest: fugiat: quod iuuat altus agat.  
 Unica plus alijs capitatis pars eminent alti:  
 Versutaq; locum que cute summa tenet.  
 Obq; capillozum inflexum cognomine vertex  
 Dicitur: in pronum vergit et occipiti.  
 Istinc quod sparsit genitrix natura: capillum  
 (Qui decus est capitatis) lingua latina vocat.  
 Demissusq; decet multum: iuuenilibus annis  
 Conuenit: amisso dedecet effigies.  
 Sic operit caput: et se circū tempora fundit:  
 Ornat et vt viridi fronde virere facit.  
 Synciput hinc apte circumdat et occiput idem:  
 Posterior pars hec: illa sed anterior:  
 Et quanq; potius porcinum synciput extat:  
 Occipiti semper frons tamen opposita est.  
 Et cutis oblonga seruat radice capillos:  
 Est caro sub binis fronteq; temporibus.

His quoque panniculus feritur qui gingia mater  
 Nomen habet: vocitat hoc medicina modo.  
 Glebosum craneum certis dentalibus artum est:  
 Paucaque mendosa pluraque vera vocant  
 Tempora sunt iuxta peracutis sensibus aures:  
 Percipiunt quicquid cordis ad ima ferunt.  
 Parua supercilium distinguit semita duplex:  
 Sub quibus extensis lumina bina micant.  
 Hi radiant oculi: tanquam duo sidera celi:  
 Corporis et vigiles ad loca queque duces  
 Quos palpebra super crebro diuerberat ictu:  
 Cumque opus est: clausos hec velut arca tenet.  
 In medio minime forme spectatur imago  
 Spectanti similis: pupula nomen habet  
 Nasus habet flantes non larga foramina nares:  
 Ex oculis pendens inter utrasque genas:  
 Quas tu siue genas appelles nomine prisco:  
 Siue cupis malas dicere: utrumque potes  
 Post hec equalis tendit mensura labella:  
 Que sunt porrecti ianua prima cibi  
 Interiusque latent dentes nisi riseris: isti  
 Dictantis lingue frena priora tenent.  
 Interpretisque animi curuanti lingua palato  
 Subiacet: hec multum garrula sepe nocet  
 Et gingiua suos connectit concaua dentes:  
 Non alijs membris conuenit illa domus.  
 Hic genuinus inest: positique ex ordine fratres:  
 Ostamen hec vno nomine membra voca  
 Exterius plane sunt nullo flamine bucce:  
 Feruida quas ambas ira tumere facit.  
 Istaque sublimis complectitur omnia vultus:  
 Est aliud facies: effigies aliud.  
 Adentum est: quo densam radicem barba refixit  
 Conuenit illa viro: conuenit illa seni.  
 Subsequitur pulchrum recto fulcimine collum  
 Tot descripta caput sed vocitare potes.

Cervix posterior colli pars altera: totum  
 Latior in verbo concipit illa caput  
 Tenditur in longum guttur: quo frumen inherens  
 Eminent: hoc fruges nomine nomen habent.  
 Adorq; cauus iugulus: tergoq; affigitur alter:  
 Extendit mammas pectus vtrinq; duas  
 Isofagon: portam stomachi dixere vetusti:  
 Hinc stomachus potum dat recipitq; cibum.  
 Ad ventrem stomachus cliuo protenditur ipsum.  
 Ventris et in medio parvus aqualiculus.  
 Dorz r inde femur (satis hoc vix nomē honestū est  
 Frondosum setis quod nemus esse putes.  
 Inguinibusq; rigent pudibunda locata duobus:  
 Testis vterq; quibus semina nostra subest  
 Quod tacui fas est septeno dicere versu:  
 Non aliter ratio me iubet ipsa loqui.  
 Adoeret inops: quisquis studiū sectatur amenū:  
 Et quem plus equo nyssa heliconq; iuuant.  
 Nemo meo sensu leges ac iura relinquens:  
 Tentet magnorum scribere facta ducum:  
 Una tamen regis superest spes vatibus huius:  
 Laudibus eternis quem pia turba canat.  
 A fonte hoc nitidas vndas sumamus oportet.  
 Cetera depingi turpia musa vetat.  
 Tale dedit natura mari non inscia membrum:  
 Foemineum senis collige carminibus.  
 Cum sit vita hominum rebus composita duabus:  
 Una animi cunctos maxima cura premat  
 Nunquam mergeris turbatis nauta sub vndis:  
 Numina si sano pectore vera colas.  
 Utere re fragili quantum ratione teneris:  
 Si secus in stygias mortuus ibis aquas.  
 A dorso incipiunt humeri: sunt postmodo renes:  
 Interius solidi pinguiduliq; rubent.  
 Spinaq; cum costis veluti protensa carina est.  
 Qua se fulsa super cetera membra locant

Suntq3 nates bine: conferta carne rotunde:  
 In quarum media sede foramen inest.  
 Lora genu reprimit: rectissima tibia plantas:  
 Alpto sustentant omnia crure pedes:  
 Hi totam ducunt nauem: vectantq3 per altum:  
 Exornant vngues talia membra decem.  
 brachia habet duplicēq3 manū cubitosq3 lacertosq3  
 At totidem digitos vnguibus illa decem.  
 Apta manus domino potum cererēq3 ministrat:  
 Qua sine quisq3 suum nullus adiret opus.  
 Tutatur contra complura pericula vitam:  
 Qua quēq3 ledi iura seuera vetant  
 Offendiq3 sinunt hostem moderamine certo:  
 Nature ratio lexq3 tuetur idem.  
 Exteriora quidem membra hec: partesq3 feruntur:  
 Sed que prima latent interiora refer.  
 Principium a cerebro mihi dent interna notanti:  
 Nec nunc sint nostris singula scripta notis.  
 Et sua frigidior virtus est: humidiorq3:  
 Ne varius motus siccet et officiat  
 Post craneum gemine cerebri velamina pelles:  
 Altera dura magis: altera dura minus.  
 Et tres ventriculi retinent seruantq3 medullam:  
 Hoc hominum constat maxima vita loco  
 Panniculos binos cingit mirabile rete:  
 Omne basis firmo sustinet osse caput.  
 Cor rex membrorum medio de pectore feruet  
 Cui villosa caro: formaq3 pyramidis.  
 Temperat ardenti parentia membra calore.  
 Illesum hoc seruant intrepidumq3 loco  
 Datq3 amplum iecori spacium inclinatq3 sinistrū:  
 Sed tamen auxilio cetera cordis egent  
 Distribuitq3 alijs: nec quicq3 suscipit: et si  
 Forte capit: repetit omne quod ante dedit  
 Illius et magnis feruescunt motibus actus  
 Distet vt a nocuis: dura creata caro.

Lunatumq; iecur rubra de carne creatum:  
 Aduenit dextrum: continuitq; latus.  
 Felq; super flauam retinens vt bursula bilem  
 Pponitur: id turbat corda benigna hominum  
 Quodq; voluptatem: desideriumq; ministrat:  
 Contigit hac ideo parte subire locum.  
 Quadratusq; latus splen continet ipse sinistrum:  
 Designat formam lingua locata parem.  
 A quo proueniunt letum facientia risum:  
 Isq; cauernosum molleq; corpus habet.  
 Ventilat: et flatus dat cordi pulmo benignos:  
 Sunt intestinis viscera longa cauis.  
 Sex numero pinguem licet hec nodantur in orbē:  
 Anum tantumodo continuumq; ferunt.  
 Suntq; pili innumeri: corpus subtile rotundum:  
 Sparguntur tenui membra per ipsa cute  
 Adulta ligamenta: et nerui: stat multaq; vena:  
 Adollis: aquosa caro: terreaq; ossa manent  
 Ex his humanum corpus compagibus actū est:  
 Quod fragilis formam nauis: et instar habet.  
 Qd nihil absq; anima foret: vt nihil inuid<sup>9</sup> ille est:  
 Larpere qui nostrum rusticus audet opus.  
**N** Ac cōpage sato ( vacuū neu linqret: ob qd  
 Adortua res vite corpus inane foret)  
 Omnipotēs aiāz celestia munera quondā  
 Spirarat: rebus conueniente die.  
 Et tamen hanc firma concessit lege creator:  
 Victus homo certo tempore restituat.  
 Quam mortale genus nequeat discernere: fecit  
 Qui mouet et sentit omnia nata deus.  
 Nec fortasse suam concernit lumine formam:  
 At celerem motum: cunctaq; magna videt.  
 Secerni a quoq; nec velli creditur: vt que  
 Extremum nunq; sentiat interitum.  
 Candida: pura: nitens: velox: eternaq; simplex:  
 Libera nulla magis: subdita nulla minus.

Durior argento: fuluo preciosior auro:  
 Tanta dei virtus insita: tantus honor.  
 Cui sponse prebere ducem: prebere regentem  
 Adaluit: occultas orbis ob insidias.  
 Sic animo genitam momento donat eodem:  
 Qui sit dur omni tempore: qui ve comes.  
 Quiq; procelloso conseruet in equore nauem:  
 Qua vehitur summi nympha pudica dei:  
 Atq; ita subnixam puppim dare carbasa vento:  
 Et iubet vndosum nauiget oceanum.  
 Nec desunt fidi socij fidusq; satelles:  
 Omnes et frater: vnanimesq; soror.  
 Proposito munita bono: munitaq; recto  
 Stat ratio: placidum deuenit ingenium.  
 Acceleratq; sagax lento sapientia gressu:  
 Et quas non facile dinumerare queam.  
 Spectatrix aderit dubij prudentia finis:  
 Que ve suo gentes temperat arbitrio.  
 Luntarūq; fere rerum sanctissima mater  
 Iusticia: erequitur optima: praua fugat.  
 Et que: tela sinu forti vulcania gestat:  
 Opprimitur nullo: conteriturq; malo.  
 Dux hic precipuus sublimi sede locat se:  
 Supremūq; vigil occupat ante caput.  
 At prope iam relique loca se in diuersa receptant:  
 Et manet officio quelibet apta suo.  
 Expectantq; auide mandata capessere regis:  
 Inferior nihil his machina maius habet.  
 Altus hyperbozeos: pindumq; cacumine vincit:  
 Altior etneo: caucaseoq; iugo.  
 Cyllarus: aut ardens quiuis incurfibus ethon:  
 Ocyus a domino concitus ire nequit  
 Nec venatozem fugiens cita dama: nec ibyx  
 In per quam celeres a cane versa fugas.  
 Nulla auis ex nostris: aut ex terra hirundo volatu  
 Longinquo citius itq;: reditq; salo.

Nec magis ipse pater phaetontis ab ethere labens:  
In curru vasto ducitur orbe celer:  
Deniq; precurrit volucris velocior euro:  
Omnia momento peruolat exiguo.  
Imperat hoc primū precepta potentis adire:  
Et colere ardentem templa: fidemq; dei.  
Quid patrie: quid amicis: quid ve parentibus ipsis  
Debet: quodq; suū est: reddere cuiq; iubet:  
Ad pia subiectus properat delubra deorum:  
Laudaq; feruenti pectore sacra facit.  
Accensamq; humilis simulac se vertit ad aram:  
Has tacito supplex fundit ab ore preces.  
Da sator o mundi: daq; o regina dearum:  
Si quod cōmisi crimine liber eam.  
Degitur humanis: nunc si qua errata dedissem:  
Ipsoenitet: erratis parcite queso meis  
Da quoq; foelicem euentum: moresq; benignos:  
Daq; tuos puro thure litare focos.  
Quod si non sapio ramosi compita recti:  
Instrue nubifera dogmate ab arce tuo.  
Siue hoc: siue pari verbo diuina precatur:  
At nobis superum qualia poscit amor.  
Egressus sacro repetit loca publica templo  
Ad destinatum quisq; ministerium.  
Et celer humanis insistere mandat honestis:  
Est in quo clausus corpore: corpus alat.  
Nec solum credas hunc per tot milia sparsum:  
Quot fuerint terris corpora: tot domini.  
Verum erit hic alacer: pauloq; remissior alter:  
Alter erit segnis: ocyor alter erit.  
Atq; vt corporeas constat differre figuras:  
Sic animis ipsum quale fuisse reor.  
Quem natura parens instinctum prebuit: illi  
Inuigiles: in quo prima trophea ferēs.  
Quod si concessum diuersa ad munera sidus  
Lorseris: incultis tardior ibis equis

Discite mortales nulloq3 errabit is euo:  
 Naturas rerum noscere et ingenia.  
 Si prestare voles: quecunq3 es: laude iuuentus:  
 Id sequere: ad quod te mens animusq3 trahunt.  
 Mauta: nemo sciet melius seruare carinam:  
 Factatur valido cum violenta mari:  
 Illi cura graues pelago vitare procellas:  
 Illi cura suas noscere vergilias.  
 Adunus idem nulli facilis natura dedisset:  
 Forsitan huic nullus aptior alter erat:  
 Adilite quis leuius gladiū contractet: et hastam?  
 Durius et galeam vertice ferre queat?  
 Non nisi mercator merces trans equora mutat:  
 Quodq3 suum est: sequitur: officiumq3 facit.  
 Quā bon<sup>o</sup> oblectat cupidos citharoedus amātes:  
 Dum rigat in captis dulcia pectoribus.  
 Rusticus equales iungens ad aratra iuuenos:  
 Quā bene densatam vomere findit humū.  
 Pastor in herbofo dum pascit monte capellas:  
 Lautus ad hirsutum conijcit ora gregem.  
 Lysippus pariam celat formatq3 figuram:  
 Qua spectatores pene loquente stupent.  
 Aluarus auratum craterem cudit ad ignem.  
 Quo lusitanos territat artifices.  
 Dumq3 alius celi scrutatur sidera: nouit  
 Cur nigris phoebe: solq3 laboret equis.  
 Nouit et vnde sacros iaculetur iuppiter ictus:  
 Et subita crebram grandine mittat aquam.  
 Consultus voluit numerosa volumina pernox:  
 Unde ferat trepidis fortia verba reis.  
 Horum quisq3 suas prestabit ad omnia partes:  
 Qd dedit his animū: condidicitq3 puer.  
 Sic: qui diuersa naturam struxerit arte:  
 Fallitur: et nullo munere clarus erit.  
 Dirigit hoc pacto vegetum data regula corpus:  
 Ad superos donec vincla solutus eat.

Et certe ad sedem eternam vereq; beatum  
 Elysium: recto tramite confugeret:  
 Ad se ni varie insidie: fraudesq; latentes  
 Innumeris vitijs allicerentq; modis.  
 Ad ille mali species: morborum milia vexant;  
 Et que sub specie credimus esse boni.  
 Hinc infensus amor: sitiens hinc cura peculi  
 Urget: et impatiens ceca libido more.  
 Ad sollicies fracto proclivis ad infima collo:  
 Plena voluptatis deliciofa venus.  
 Obstat auaricia: et nunquam satiata cupido:  
 Hec aliena cupit: quod tenet illa negat  
 Hinc sibi cum vano nocitura superbia fumo:  
 Fraq; cum socijs ambitioq; premunt.  
 Adde: quod ex illo: quo rerum hominūq; creator  
 Adirande primum finxit artis auum:  
 Letifera in terris horrendaq; belua regnat:  
 Non nisi per saltus cultaq; prata ruit.  
 Destruit hec segetes: et fruges dissipat: et quas  
 Adansueto pastor cum boue nutrit oues.  
 Quā non arma queūt nec summa potētia ab aruis  
 Pellere: neglectis omnibus arua terit.  
 Impia nimirum flammis vrenda sicanis:  
 Cum sibi non profit: perdere magna parat.  
 Tetrum nomen habet: terrentur nomine gentes:  
 Hec tu si queras: dicitur inuidia.  
 Pallida semper adest et toruo lumine spectat:  
 Blandio: interdum verbula ficta refert.  
 Et plerūq; silens arrectas porrigit aures:  
 Auget et arbitrio cuncta relata suo.  
 Cogitur integram noctem vigilare diemq;  
 Alterius magno sollicitata bono.  
 Hec quoniam assidua veratur belua cura:  
 In toto macies corpore sicca sedet.  
 Integer est siquis: nulla egritudine lesus:  
 Hæc sternet forti conficietq; manu

Imbellisq; animus nullo munimine fultus:  
 Decidet: et victus colla liganda dabit  
 Et quam seruandam donarat ab arce redemptor:  
 Perdet: et ad barathrum tracta misella gemet.  
 Unde semel vinctis animis remeare negatur:  
 Ne satius: primos esset obire dies.  
 Innumerabilibus laqueis circumdamur: angunt  
 Tot subiti casus: sollicitiq; metus.  
 Nunc referam quare mens huc: modo pellitur illuc  
 Letaq; cur nulla conditione manet  
 Et cur mortales acris discordia veret:  
 Quid miseras animas in phlegethonta rapit.  
 In nobis nimium mens irrequieta laborat:  
 Clausa tenebrosa dum licet esse domo.  
 Infatiata modum nescit subnectere rebus:  
 Nam data sint homini plurima: plura sitit.  
 Qui si quicquid auet: totum cumularet ad vnguens  
 His contenta nequit viuere muneribus.  
 Cognita iam minimo simili res ardua fiet:  
 Cum tamen hoc minimo nescio quid lateat.  
 Aspicias vt solitis sparso si linquat in agris  
 Incustoditas agmine pastor oues:  
 Nunc hanc agna petat pecudem: nunc currat ad illam:  
 Sicca sed externis cedit ab vberibus.  
 Percurritq; gregem: comperta matre quiescit:  
 Anxia materno viscera late replet.  
 Sic mens externis confunditur: appetit vnde est:  
 Et nequit absq; suo degere leta deo.  
 Que colitis iugem sacramq; aganippidos vndam:  
 Infera lugubri dicite facta lyra.  
 Humanus quotiens animam virtutibus ornat:  
 Sincerisq; sinit viuere corporibus:  
 Horrendus totiens porte seruatoz opace:  
 Ieiunis hululat oreq; gutturibus.  
 Quod nequeat tolerare famem: latratibus implet  
 Ethera: et inferni concutit omne latus

Ter geminum caput: et totidem ructantia flamas  
 Ora rubent: nihil hoc tetrius orcus habet.  
 Portitor ex vectis solitus deducere lucrum  
 Conqueritur: cymba corpora nulla vehat.  
 Dur erebi ante omnes rabiosas concipit iras:  
 Currenti videat feruere in axe fidem.  
 Ingemit: et fraudes multo conamine querit:  
 Quo celeste decus corruat inferius.  
 Conuocat indomitam alecto: seuamq; megeram:  
 Quas nor tartareas ex acheronte tulit.  
 Tisiphoneq; soror furij accita duabus  
 Additur: ad facinus tres satis esse putat.  
 His simul accitis ingenti voce tremendus:  
 Et super assistens imperiosus ait.  
 Currite pernices: cocyto mergite corpus:  
 Labidum et a stygijs sumite virus aquis.  
 Tumq; venenate terras ascendite: et hostem  
 Qualibet in laqueos trudite fraude meos.  
 Qui dum sanctus agit vitam: bona causa piorū est.  
 Jam pridem supero nil fit in orbe mali.  
 Hincq; diu nullas animas: mala corpora duxit  
 Sedulus incompto remige vecta charon.  
 Ite: ite: egregium facinus cōmittite fraudes:  
 Nec modo detineat vos mora longa precor.  
 Ibitis et celeres inimicam scandite lyntrem:  
 Et pugnate mee fortius eumenides.  
 Huic animus turba peltata presidet alno:  
 Turba nec audentes terreat armigera.  
 Decipiendus erit custos hic arte sagaci:  
 Aut arte: aut vafrijs fallite blandicijs  
 Nec ait: et visus non est truculentior vnq;  
 Tam rabies: et tam tinxerat ira iecur.  
 Haud mora: queq; libens domini mādata capessit  
 Et citius dicto tam fera iussa facit.  
 Hinc abeunt iusse: gratantes excipit amnis:  
 Prima vbi desiluit: desiluerē due:

Semerfere lacu: dirumq; hausere venentū:  
 Quelibet in medio flumine nuda quatit.  
 Infecte redeunt tanta feritate: quod vna  
 Queq; sibi a socia territa facta timet.  
 Ore venena vomūt: efflant e naribus ignes:  
 Instillant varias lumina rubra faces.  
 Extensoq; furunt: et acuto dente minantur:  
 Frangeret hic cautes: frangeret hic chalybem.  
 Talis erit descripta trium tunc forma sororum:  
 (Si fortasse velit noscere posteritas)  
 Qualem nec versu cantatus pingat homerus:  
 Nec sciat in tabula ponere parrhasius.  
 Mor erit: et primum carpent defessa soporem  
 Corpora: mortales cum premet alta quies.  
 De tum sulphureo tetrica egrediuntur auerno:  
 Atq; volant: veluti flamina mille ferant.  
 Lunta silent: murmur tantum sentitur euntum;  
 Etnee apparent flantq; reflantq; faces.  
 Et simulac agiles terram penetrare supernam  
 Contigit: officium quelibet apta parat.  
 Necnon cornigeram faciem: primamq; figuram  
 Exuit: humanam sumit et effigiem.  
 Una senem canum fingit barbamq; ferentem:  
 Cui sit sermo graui plurimus ore boni:  
 Atq; eremita venit: luco nutritus amaro.  
 Seq; noua iactat religione sacrum.  
 Excultum viuo fert leua pumice librum:  
 O importunum sacrilegumq; senem.  
 Sustentatur iners torto: tremuloq; bacillo:  
 Quantis ignari fallimur aucupijs.  
 Altera fallacis fortune callida vultum  
 Induit: ob multas fulgida diuitias.  
 Dextra rotam voluit: plumbūq; aurūq; sinistra est  
 Aurea cum libuit: plumbea cum libuit.  
 Tertia virgineam fingit pulcherrima formam  
 Incedit passis inuidiosa comis.

purpureos induta sinus indutaq; pallam:  
A niueo collo leue monile gerit.  
Lingit et auratam formoso in corpore zonam:  
Ornat et oblongas luthæa gemma manus.  
Ferre cupidineos arcus flammâsq; videtur:  
Excubat in toto pectore blanda venus.  
Leua lyram gestat: quam plectro pulset eburno:  
Arida quo posset flectere saxa sono.  
Et quem non placido cantuq; sonoq; moueret?  
Flectitur ad numeros deliciosus amor:  
Adutate tandem vultus: tetrasq; figuras:  
Festinant animis grande parare scelus.  
Sepeq; diuise letalia crimina patrant:  
At res: vt tempus erigit: vtq; locus.  
At nunc progreditur virgo comitata duobus:  
Lautior ad fortes nititur ire viros.  
Nec via difficilis venturis atria monstrat:  
Tantumq; ducū ianua tota patet.  
Ascendit: structosq; foros puppimq; nitentem  
Attingit: in solio conspicit esse ducem.  
Plenaq; virginibus fulget ratis inclyta veris:  
Aurea celesti rore refusa nitet.  
Omnis in hanc hospes peregrinâ lumina vertit:  
Adiratur sociam turba aliena nouam.  
Qualiter in placidis spectatur sepe choreis:  
Visa sit alterius si qua puella chori:  
Quo ve magis culta est: et quo prestantior illa est:  
Hoc magis a cunctis conspicienda venit.  
Taliter hanc tacite cupiebant nosse receptam:  
Lernereq; ardebat curia sancta deam.  
Illa verecundo stantes circūspicit ore:  
Et similis moeste talibus insinuat.  
Salue progenies diuorū: recta propago:  
Qui minimo nutu vertere cuncta potes.  
Optimus astree cultor: rerumq; sacrarum:  
Frugifere pacis magnus vbiq; sator.

Solus si sit opus: rebus sublimibus instans:  
 Ardua queq; cies: ardua queq; domas.  
 Cuius ab occasu nomen penetravit ad indos:  
 Cessit ad australem sarmaticamq; plagam.  
 Ad tua maiestas latum memorata per orbem:  
 Adoribus et rapuit fama benigna tuis.  
 Sponte mea patriam liqui lepidosq; propinquos:  
 Nostra sit imperio dedita cura tuo.  
 Si libet en vitam primū corpusq; dicamus:  
 Vel sub visceribus si meliora latent.  
 Si libet excipias: et quod vis munus adibo:  
 Exequar integrum seruitiumq; pium.  
 Verū me miseret: tanto moderamine vitam  
 Secla voluptatis nescia castus agas.  
 Privatūq; diu paphie dulcedine: nescis  
 Quid ve ioci suaves quid ve cupido valet.  
 Quid facies: nil: crede mihi: brevis euolat etas:  
 Sit tua forma licet florida: fiet humus.  
 Iste senex: paulo fallax productior euum:  
 Angitur: infestus excruciatq; dolo.  
 Invenit exacte vite: casteq; probeq;  
 Quam semel elapsam non reuocare potest.  
 Arbore maturos poterat decerpere fructus:  
 Ferreq; cum multis gaudia delicijs  
 Nunc dolet amissis: frustra q; ea cōsciū optat:  
 Cum non ulterius fata seuera ferant.  
 Altera: quam spectas auroq; rotaq; potentem:  
 Felici alternas omine nacta vices.  
 Nam donis opibusq; beat fortuna: creatq;  
 Brandia de minimis roborā seminibus.  
 Te gaudet preferre potentibus: ac generosis:  
 Prestantes inter hac duce primus eris.  
 Dixit: et attenta quicquid respondeat: aure  
 Percipit: et totum prodigiosa notat.  
 At dux hec contra: felix formosaq; virgo:  
 Splendida quā facies: quamq; loquela probat:

Te placide excipio: et te corde fouebimus imo.  
 Donec erit requies artubus ista meis.  
 Pauca loquebatur: tanq̄ noua nupta marito  
 Ornata optatos pergeret ad thalamos.  
 Concilium vocat interea coetumq̄ fidelem  
 Accersit magno non sine consilio.  
 En adsunt comites: care venere sorores:  
 Enseq̄ cum gemina lance ministra venit.  
 Ipsa sed ante alias domina et fortissima rerum:  
 Sacra ratio prima vocata chori.  
 Atq̄ tribunali tanto redolentia spirat:  
 Sublimem vere dixeris esse thronum.  
 Ordine distincte pulchro residentq̄ decenti:  
 Verba facit ratio: cetera turba silet.  
 Mem quo oblite tui raperis? quo labere preceps?  
 Hoc dicto effugiunt protinus eumenides  
 Fictaq̄ uirginitas comitata euauit: ac se  
 Abdit: et arrectis substitit auriculis.  
 Et segnes proferre pedes a naue retardant:  
 Stant dubie an redeant sed domina illa vetat.  
 Increpat incoepo siquidem sermone labantem:  
 Se nisi contineat maxima damna monet.  
 Nec quoq̄ prolapso collectis vocibus infit:  
 (Nanq̄ verebatur fontis erinnys iter)  
 Dic mihi mutata deceptus imagine princeps:  
 Et qui foemineis captus es illecebris:  
 Que tua apud superam genitoris gloria sedem?  
 Que tibi tam fragili premia laudis erunt?  
 Factus es imperij stellateq̄ immemor arcis?  
 An non eterni iussa parentis habes?  
 Heu heu mollicies corrupti lubrica mundi:  
 Deflexit clarum cum sene uirgo ducem.  
 Non ne vides stygie serpentes esse paludis?  
 Lethaum hippomanes mortiferumq̄ ferant.  
 Preterea datus es diue custodia sponse:  
 Ne turbet fictus multiuagusq̄ color

Te memorē esse decet suppremo a numine cretum  
 Et nosse hec quorsum regna habitanda dedit.  
 Cordatoq; vide q̄z sit breue pectore tempus:  
 Versetur quantis obruta vita dolis.  
 Et quotiens simili venientes cernis amictu:  
 Veste sub ornata mostra latere puta.  
 Quo magis insistent: tanto magis ipse repugna  
 Et stimulos fortis: fortis et arma caue.  
 Es quoq; amazonibus gyro stipatus ab omni:  
 Has tu faurices consule si, quid ages  
 De fera victrici committent prelia dextra:  
 Conuictum nullis ictibus ire sinent.  
 His monitis ratio: solita pro sede quieuit:  
 Istud idem socie turba fidelis agunt.  
 Sponsa nihil: verumtantis concussa periclis:  
 Tamq; repentinis casibus acta: dolet.  
 Et dubios rerum euentus titubando volutat:  
 Nec secus: ac rapido flumine iacta natat  
 Siue sit ex quinta natura mentis origo:  
 Siue sit ex alijs accola principijs  
 Esse deo genitam penitus nos credere oportet  
 Cum docti effigiem comprimant artificis.  
 Concretum mixtumq; aliquid nil dicere possis  
 Ignea: flabilis: aut humida: nulla trium est.  
 Preteritum meminit: presens agit: ante futurum  
 Prouidet: hec nullo sunt nisi digna deo.  
 Non hanc diuitie attalice: non copia croesi  
 A curis possint vellere celicolum.  
 Nec iuuat historias: vanas nec nosse fabellas:  
 Discerpit versum penthea mater aprum.  
 Cur sene phyllirides genitus trepidante feratur:  
 Et varijs stellis cinctus ad astra micet.  
 Non vt phorciaden ingentem: antroq; cubantem  
 Prouauit cautus lumine naricius.  
 Cadmeusq; nepos quonam sibi cornua pacto  
 Sensit: et a notis preda petita fuit.

Et cybale phrygium casto deuinxit amore:  
 Seu bibit e gallo flumine vectus aquam.  
 Pasyphae ardori procul hinc subiecta ferino:  
 Utraq; cum caris filia pasyphaes.  
 Nec molliretur prece: blandiciaq; diones.  
 Junonisq; opibus: palladis arte minus  
 Et quod mittit arabs: et quod precellit amomū  
 Inter odoriferas: negligit armenium.  
 Lilia ceruleo haud redolent albentia ramo:  
 Nec rosa cum rubris verna papaueribus.  
 Blanda licet philomena canat: formosior ales  
 Psittacus: et cantu garrula lusciniā.  
 Voceq; apollinei: pennisq; ad flumina cygni  
 Dulce strepant: dudum quos sua fata manent.  
 Ad citharam vates mira canat orpheus arte:  
 Et linus antiquos voce sonante modos:  
 Quiq; salutifere medicine et carminis autor:  
 Scitaq; cum sacro calliopea choro:  
 Quætet solidas vanis concentibus aures:  
 Solum celesti vescitur ambrosia.  
 Estq; viris septem sapientior: vnaq; tantum  
 Doctior illa nouem: doctior illa decem.  
 Verum vbi ad insolitum claustrū celestibus auris:  
 Demigrat: nullas cernere vt ante valet.  
 Ergo nec ad nutus aruisia vina ministrat:  
 Nec dapibus mensam culta camilla struit  
 Scilicet eterno sentit perfecta vigore  
 Dignius esse nihil: sanctius esse nihil.  
 Contemplata sui tantum secreta parentis  
 Viuit: et hoc vno est virgo beata bono.  
 Visere prospectu quem spretis omnibus ardet:  
 Cogitat id noctem: cogitat idq; diem.  
 Forsitan audebit quisq; mordere libellum:  
 Non elegi dicens res erat ista pedis.  
 Quodq; heliconiadas durusq; acerq; coegi  
 Insuetam tritis vestibus ire viam.

Nonimus ad proprios numeros debere referri  
 Singula: quo cingat laurea ferta caput.  
 Materies erat ista graui tractanda cothurno:  
 Jam fateor: tenui pectine surda sonat  
 Hanc culpam video: presens ita postulat etas.  
 Idq; tuo lector concipe iudicio.  
 Hectora qui fortem: seu qui cantaret achillem:  
 Non caneret numeris culte tibulle tuis.  
 Non licet heroo canteris cynthia versu:  
 Nec licet alterno carmine bella cani  
 Argumenta ferunt gladij horriferaq; tumultus  
 Belligerumq; iuuant strenua gesta ducum.  
 Res excelsa: decens excelsa poemata poscit:  
 Preceptum hoc doctus nemo negare potest.  
 At quod pierides limoso calle coegi  
 Durus et insolitis pergere tramitibus:  
 Nil ego deliqui: regis mandata fuerunt  
 Hoc qui saxosum tendere iussit iter  
 Unde egressus eram: redeo: frenumq; feroci  
 Quod modo laxaram: contraho dexter equo.  
 De furie rapiunt animas: he ad lurida trudent  
 Flumina: terribilis semina spingis habent.  
 Quid frustra querimur? si non rhamnusia votis  
 Annuat aut cursu si quid acerba rapit?  
 Nitamur largos miserisq; effundere fletus:  
 Et lachrymas rupto spargere cum gemitu  
 Contingat si forte bonum deperdere verum:  
 Semoto a fragili corpore spiritulo.  
 Et quotiens inferre homini teterrima malunt:  
 Infernis lemures egrediuntur aquis  
 Jam tribus hinc annis nocturnā exisse per vmbra  
 Stygia referunt tartareaq; domo  
 Europamq; asiamq; truces petiere sorores;  
 Foeda quibus facies: et color vnus erat  
 Nec libuit mutare habitus vultusq; biformes:  
 Erecta ignitis cornua luminibus

Hesperiam primum inuadunt: ubi limite multo  
 Multaq; sub varijs regna iacent dominis  
 Sopitosq; viros adeunt: somnoq; grauatos  
 Linguis obrepunt insatiabilibus  
 Corpora coeperunt horum quasi mortua dire  
 Lambere: fel stygij deuouere lacus.  
 Inde venenosos tantis ex anguibus angues  
 In caput illorum queq; maligna iacit.  
 Hesteq; lenitos linquunt: atq; vnde volantes  
 Exierant: vncis vnguibus antra petunt:  
 Extemplo affectis serpit seuissimus ardor:  
 Omnis in alternum cogitur exitium.  
 Illico in hetruscos transfert campania vires:  
 Inferat eximij vrbibus: arma parat.  
 Offensus populus stomachosus raptus in iras.  
 Prouidet illatas pellere ab hoste manus.  
 Auxilia explorans: vicinas inuocat vrbes.  
 Hec fuit ausonij prima fauilla mali  
 Parte alia teucer calabro sua castra reponit  
 Littore: et ingentes incutit ille metus.  
 Incutit ille metus: et dat stragesq; necesq;  
 Nec minus expulsus pertulit excidium.  
 Pacis amatores veneti: primusq; senatus:  
 In coniuratos horrida bella gerunt  
 Qui tenet eterno sublimem pro ioue sedem:  
 Et cui sacrorum curaq; pacis inest:  
 Percitus a furijs: contempto numine diuum:  
 Innocue genti prelia cruda mouet.  
 Pluraq; noctigene mouere pericula dire:  
 Omnem vertentes in chaos italiam.  
 Post etiam venere tuo rex inclyte regno:  
 Augurio infausto spargere triste malum.  
 At deus inspecta regis pietate fidelis:  
 Eripuit sensus eripuitq; oculos.  
 Et stolidum vetuit facinus crimenq; nefandum:  
 Solus inauditum preripuitq; nefas.

Ah ni vitasset quantis incendia flammis.  
 Quantaq; robustis aspera militibus.  
 Obstitit ex alto coeptis et vilibus ausis:  
 Auspice consuluit virgine iusticie.  
 Et merito deus ipse tuos bene prorogat annos:  
 Quod pius: et iustus: quodq; supernus agas.  
 Tutus agris pastor: tutus colit arua colonus:  
 Uno potat aquam cum cane fonte lepus.  
 Iusticieq; tue reuerentia cogit edacem  
 A ignis per pratum ludere molle lupum.  
 Rursum: si vitulus foret obuius: ille petulcum  
 Demulcet blando mitior ore pecus.  
 Arbores aera in spaciofo consita campo:  
 Egregios foetus multiplicescq; paris.  
 De qua cuncta potest vicinia tollere fructus:  
 Liber et hac quiuis arbore poma capit.  
 Solum inter tantos inuenti conditor huius  
 Extendit palmas: carpere poma ne quit.  
 Omnibus huc orbis properat gens cuncta diebus.  
 Adiliaq; hinc hominum mitia mala legunt.  
 Ethiopes indi; ruunt aphri; scytheq;  
 Huc europa viris arteq; nobilioz.  
 Gloria nunc inter fulges celeberrima reges:  
 Fulgebis toto postmodo stella polo  
 Hunc tibi diffudit maiestas vera decorem:  
 Non aglaia fuit: non soroz euphrosyna.  
 Omnibus effigie comis flauoq; capillo:  
 Ludentiq; notas spargit in ore rubor.  
 Lucida demonstrant celesti numine lapsum:  
 Beneq; perpetuum maxima signa deum.  
 Esse nouem credam nutritum lacte sorozum:  
 Tam cultos promiss aurea verba sonos.  
 Idem non paruo ducis moderamine vitam:  
 Quod tibi persuadet inuiolata fides  
 Glauciaden citius precibus sthenobea pudentem:  
 Et phedre hippolytum contemerasset amor:

Quam desiderium vel caste forma puellae:  
 De te tam frugis gaudia parua ferat.  
 Illesus voces: acheloidumq; lepores:  
 Transisses circes fortis et illecebras.  
 Non cera clausis: sed apertis auribus audax:  
 Transisses latium: sicaniumq; fretum.  
 Tanta subest animi constantia: tamq; replesti  
 Fruge cleantea: socratica ve sinum.  
 Deniq; claudamus modico sermone libellum:  
 Narratis nihilo plura camena canat.  
 Ille animus constans: qui spicula iacta refellet:  
 Extremumq; pius viuet adusq; diem:  
 Qui furias audax inuictis conteret armis:  
 Nec poterit nodis: fraudeq; decipier:  
 Cum socia crassum penetrabit et intima celum:  
 Ascendet: propriam comperietq; domum.  
 Idq; opportuno continget tempore munus:  
 Cum mens iussa deos: claustraq; fracta petet:  
 Illic sanctorum turbam multamq; cateruam:  
 Lernet virgineos: angelicosq; choros.  
 Illic immenso trino gaudebit: et vno:  
 Perpetuo inter tot vere fruetur opes.  
 Nec via terrificet cliuosi deuia olympi:  
 Qua venit: docilis carpere nouit iter.  
 Libera mortali: stat libera cuiq; voluntas:  
 Si volet hec: sedes ibit ad ethereas.

Ad lectorem.

Qui legis hunc: minime completum crede libellum:  
 Nam castigato carmine plura seram.

Cataldi epithalamiū ad illu-  
strissimum aluarum: sapientis-  
simum hispanie presidem.



**I**n mare iā redeūt post certū flumina tēp<sup>o</sup>:  
 Exierant: repetunt vnde vagata: locū.  
 En pater oceanus relegit: quas fuderat vndas:  
 Inqz sinu genitas irrequietus habet.  
 Non implozo tuum: quo scribam: numen apollo:  
 Nec tua calliope numina diua peto.  
 Nam mihi cum nostra ludenti forte camena:  
 Nescio quid solito numine maius adest.  
 Hinc gener in puppim spirat: socer optimus illinc:  
 Illesamqz vehunt flamina bina ratem.  
**C**orda palestine nymphe: musasqz dicaram:  
 Pulsarem tenui pectine: siue graui.  
 Nec non certus eram: nullas celebrare caducas:  
 Oblatis multa cum prece muneribus.  
 Ista diu nostris hesit sententia votis:  
 Nunquam blandicijs: aut reuocanda minis.  
 Attamen vt diam effigiem magne aluare vidi:  
 Atqz beatrix lumina filiole:  
 Et simul audiui sanctos: moresqz supernos:  
 Ac naturalem legitimūqz torum:  
 Quo foret in toto mitis concordia regno:  
 Jam mea proposito mens reuocata fuit.  
 Sumo animum: tentoqz nouam laudare figuram:  
 Omnibus abiectis hec mihi cura sedet.  
 Tum veniam supplex posco: veniaqz petita:  
 Dete de nata dicere pauca libet.  
 Nox erat: in pluteo letus dubiusqz sedebam:  
 Adusa aditum libro poneret vnde meo.  
 Accipio dextra pennam: leuaqz papyrum:  
 Leua tremat charta: dextra tremat calamo.  
 Corqz micat: crinesqz rigent: mens totaqz torpet:  
 Occupat insolitus interiora stupor

Ut salices leni tremuere: et populus euro  
Sic monitore mihi membra latente tremunt.  
Non metus vllus erat: vires animosq; trementi  
Diuum nescio quis in mea corda dabat.  
Hec inter: vox clara leues demissa per auras:  
Siste catalde manum: poneq; sumpta manu.  
Et si vis quicquam folijs mandare notandum:  
Quis sit posteritas leta futura notis:  
Ahe dictante tuas dextra celerante tabellas  
Oblinere: et raptim multa notare potes.  
Ahe pigeat. tante domine primordia dicam:  
Nunc mea dicta nota: menteq; conde memor.  
Non elementa suas retinent hoc corpore partes:  
Ut fieri vestrum corpora queq; solent.  
Hec facies: et forma potens: sparsusq; per artus  
Lando: et effusus tantus in ore vigor.  
Longe aliter: quam sint mortalia cetera constant:  
Idem opifer: mira sed nouus arte modus.  
Non illi humanus genitor: non foemina mater.  
Est natura parens: et deus ipse pater.  
Hinc que claruerant antiquo tempore nymphe:  
Aut magno: aut humili sanguine sint genite:  
Supplicibus genibus timide palmisq; supinis  
Prestassent totis cordibus obsequia.  
Hac presente suo fuerat turpissima vultu  
Lindaris: et turpes vtraq; priamides.  
Queq; viri absentis castos seruauit amores  
Oebalis: abscedat iudice victa viro.  
Quaq; poetarum celebrarunt carmina: nostre  
Adundasset colchis sedula serua domum.  
Armate in sponso et prima nocte nocentes:  
Belides: et que illud horruit vna scelus.  
Que generata fuit sine patre iuuencula cedit:  
Quodq; prior munus donat amica gerit.  
Neptuni concedit amor: minoia virgo:  
Euryale proeti: tertia gorgonea.

Queq3 superbiuit septena prole virago  
 Tantalus: orbatam reddidit vna dies.  
 Omnis et antigone: seu laumedontidos esset:  
 Quam dea pro lingue crimine fecit auem:  
 Siue sit oedipodis thebarum filia regis:  
 Tradita fraterna pro pietate neci.  
 Threicia secum vexit pater hectoris vrbe:  
 Que manibus nostre iure dedisset aquam.  
 Antiopesq3 soror bello spectata cruento:  
 Capta manu herculea: reddita et herculea.  
 Elide quam prauo phrygius certamine vicit:  
 Quãq3 labore suam minalion meruit.  
 Bnoisdaq3: et matrem famulas indigna tulisset  
 Esse sibi: pure non nisi pura placent.  
 Quãq3 anchisiades violati foedere lecti:  
 Transfixam structos fecit inire rogos.  
 Volscaq3 per celebres metabi laudata poetas:  
 Lũq3 suis eque pantefilea feret.  
 Sat veronensi placeat sua lesbia vati:  
 Lynthia pulchra suo: puchra corinna suo.  
 Stellaq3 collaudet: violantillamq3 canoris  
 Ad summũ tollat ethera carminibus.  
 Det latona locum: superis det grata dione:  
 Utraq3 cum tanta nata parente probet.  
 Filia det penei: rapuit quam falsus apollo:  
 Hanc nondum in fontem versa colat cyane.  
 Queq3 tumens forma conuicia stulta minerue  
 Direrat: hinc caudam: squameaq3 ossa tulit.  
 Lysimachi roseis cum dotibus additur vxor:  
 Et que sub pyrrho fleuerat hermione.  
 Que ve sui falsa sub imagine capta mariti:  
 Externum insolito pondere sensit opus.  
 Queq3 facẽ accensam peperisse in funera pregnã  
 Aisa sibi: cuius facta figura canis.  
 Que tulit hirsutum polyphemus ventre tumentis:  
 Et que ius scythicis; massagetisq3 dedit.

Adoestior hanc coleret stricto fortissima cultro  
Que collatini concidit ante pedes  
Hanc que vindictam pandione nata prophanam  
Ipso rapta exegit lesa sorore soror.  
Vergilias latium quas dicit atlantides optent  
Hanc si preuideant condere vere caput.  
Que se muscolis voluit preferre deabus:  
Inspecta nihil hac audeat ore loqui  
Quamq3 thooas genuit mox et captiua lycurgi  
Donarant se se sponteq3 seruitium.  
Alphesibea nocens: europaq3 phyllis et ino  
Alpofiq3 sui fata secuta viri.  
Insons cydippe: galatea q3 rustica: seu quam  
Meridum genuit mater amara salo.  
Uxor et admeti propria que morte redemit:  
Jam iam casurum delphica fata virum.  
Hippolyte a nato hippolyto quam nomine vero:  
Antiquo dictam cepimus antiopam.  
Sit romana licet: tetricis vel nata sabinis:  
Seu sit arabs: seu sit inda: fatetur idem.  
Sponte sua hesperides huic aurea mala dedissent:  
Illa licet vigili tuta dracone forent.  
Doris et innumerus natarum coetus honoret:  
Diuorum cybele que rhea dicta parens.  
Mater et euandri fatorum conscia vates:  
Nec cumea suum deneget officium  
Queq3 locum merito tenuit iustissima celo  
Icaris: hunc tenuit si qua lycaonia:  
Que fugit ad superos astrea parente relicta:  
Et que de summi vertice nata iouis.  
Queq3 ceres natam terris hululauit et vndis:  
Inter et humanas si qua reperta deas.  
Tris charites aiunt omnem prestare decorem:  
At capit ex isto quelibet amne soror.  
Deiopea dolens animis vnaq3 sorores  
Inuidet: occultum dilaniantq3 iecur.

Huic tamen esse parem leuiter se credula forme  
 Prestare aut forma se meliore putat  
 Quem non allerit precibus sthenobea pudicum:  
 Nec extinxisset visa figura virum.  
 Comis adorasset neglecta euenide coniunx  
 Pro qua commisit prelia: tale decus.  
 Lenia naricius sirenum carmina fugit:  
 Et lepidas voces mellifluasq; lyras.  
 Huic tamen optasset seruire fideliter: et se  
 Castus ad extremos dedere corde dies.  
 Deniq; nec facie: nec sanctis moribus vlla  
 Foemina conferri vel dea parte queat.  
 Parrhasius nullam: zeusis: lysippus: apelles:  
 Pyrgoteles: mentor: praxitelesq; parem.  
 Phidiaeque manus polycleti siue timantis  
 Vel si quisquam alius prestitit ingenio.  
 Lucifer haud quicquam letum sidusq; benignum  
 Jocundi exprompsit: iuppiter ipse minus.  
 Verum hec interno tantam de pectore lucem  
 Prebet: et hoc tantum spargit ab ore melos  
 Que duo de supero deus huic concessit olympos:  
 Anum quem trinum nouimus esse deum.  
 Ophheus in septem non mouit mensibus orcum:  
 Adomento nostra hec mouerat exiguo.  
 Eurydicen stygio sola hec reuocasset ab antro:  
 Quam vir non potuit ferre volebat opem.  
 Tisiphonen: socias: triplici qui gutture latrat  
 Pacasset vultu: non prece fruge canem.  
 Ipsum compedibus vinxisset strenua regem:  
 Traxisset vinctum per loca queq; foras.  
 Vipera vel campis serpat basiliscus in aphis  
 Adansuetos huius gratia reddiderit.  
 Nec valet immites tigres inuertere mites  
 Vultus hyeneos leniat hic animos.  
 Adenaliusq; canis fugientem mittat abire  
 Ingentis cordis: sed pavidum leporem

Accipiterq; sequi teneram puramq; columbam  
Lasset: et in pecudes non ruat ore lupus  
Alpheus rapidos tenuisset ab elide cursus:  
Dum sequitur visus o arethusa tuos.  
Qui superum contemptor erat primumq; tonantis  
Submissit stratus huic fera corda dee.  
Non mala peruersi tentassent prelia fratres:  
Nec gemini: humana quos lupa fouit ope.  
Sed nunc aureole referatur origo puelle:  
Sit licet hoc dici nomine grande nefas.  
Cum deus in terras nympham demittere vellet:  
Inter honoratas plus sit amanda deas.  
Ipse throno residens sceptrum regale tenebat:  
Omnia conculcans cetera sub pedibus.  
Sanctorum magno circūdatus vndiq; coetu  
Fulgebat niueis angelicisq; choris.  
Naturam rerum genitricem conuocat vltro:  
Parenti pandit que sua mens aueat.  
Verbaq; cum minimo referens paucissima nutu  
Hanc formare deam qualibet arte iubet.  
Iussa libens peragit volucrisq; citatio; austro  
Separat ad variam perpetuamq; viam.  
Adorat holozinas volitans per nubila pennas:  
Extremos arabas ethiopesq; venit.  
Cum candens ebur et manib<sup>9</sup> properantibus aurū  
Colligit: in tunice lecta iacit gremio.  
Adirandi precij nitidos natosq; lapillos  
Appensum zona conijcit in loculum.  
Nec thus nec myrrham nec pretermittit amomum:  
Pluraq; que tellus fertilitate parit.  
Cinnama prospiciens et balsama vellit: ad huius  
Effectum quicquid corporis vsus erat.  
Et piper et costum et varium redolentia succum  
Gramina: non cassiam preterit aut hebenum  
Visa sibi cumulasse satis quodcūq; fuisset  
Utile: sublimis protinus inde volat

Hic redit ad duplex rubrumque oblita legendum  
 Corallium: forme digna labella noue.  
 Trinacriam celeri cursu pertransijt hyblam:  
 Et melle hic multo pyridas apta replet.  
 Cannarum educit teneros: dulcesque liquores  
 Succara quos apte voce recente voces  
 His lectis properans alemanis aduenit oris:  
 Eligit argentum lactiparesque niues.  
 Vimque dat eternam mutandis tempore rebus  
 Ne calor has soluat diripiat ve notus.  
 It dum longinquos sic officiosa per agros:  
 Decerpit rubras candidulasque rosas.  
 Ex quibus instillet per plumbea vascula lympham  
 Adisceat in massam conficiatque nouam  
 Vere pro liquido non curat tollere quicquam  
 Aer flatus erit spiritulusque dei.  
 Principium extremum e radijs solaribus ignem  
 Excepit minima: sole volente: face.  
 Collectis tandem subito facilique volatu.  
 Letior ante sui constitit ora patris.  
 Atque ait: en adsum: quidnam rex optime mandas:  
 Ad quoduis munus hec mea dextra venit.  
 A nata adductis gaudet: tantaque camilla:  
 Seruitiumque sibi: sedulitasque placet.  
 Inque locum statuit celo comitatus ab alto  
 Primum ubi de limo finxerat ire: patrem.  
 Tota negat spisso congaudens curia plausu:  
 Hunc aptum clamat huncque decere locum  
 Dicta probat: fieri diuerso semine corpus  
 Precipit: excellat que noua forma deas  
 Virginis excepta specie: matrisque figura  
 Qua foret hec vna virgine virgo minor.  
 Diuina inprimis argenteus arte catinus  
 Amplo cum fundo sternitur et solido.  
 Tumque lauat semper lotas: lautissima palmas:  
 Flectentes se se nudat et ad cubitos,

Adiscet cuncta sua mensura: et lancibus equis:  
Versa quoque dure scunt: et reuoluta: parum.  
Versanti massam a raphaelē rosacea diuo  
Spargitur: et tenerum: molle quoque reddit opus.  
Hanc chorus angelicus circum concentibus astra  
Percutit: et resono carmine sacra canit.  
Omnis diluitur species: confusa quoque in vnum  
Forme disposita est apta quoque materies.  
Tum primum compage caput mirabile fingit:  
Sessura est ratio qua veneranda domo.  
Aureus hinc operit crinis de vertice talos:  
Et duplex nigrat fronte supercilium.  
Corpore procero: pleno: vultu quoque rotundo:  
Respondent toti cetera membra suo.  
Pro quoque oculis ponit geminos: viuos quoque smaragdos.  
Ardentes quoque genis figit utrisque rosas.  
Loralia apta rubent labijs: imitantia flammās:  
Continuant dentes de niue compositi.  
Quanquam non desit quisquam: qui iuret eburnos:  
Vel nix: vel sit ebur: nil puto candidius.  
Mellea curuato subsistit lingua palato:  
Interpres domini que solet esse sui.  
Ex adamante facit medium cor dedala pistrix:  
Altera pars nervis lactea luteolis:  
Scilicet insurgat vitium durissima contra:  
A virtute sinat mollior vna capi.  
Consumata iacet florenti etate: decens quoque:  
Ad decimum quartus additus annus erat.  
Tum pater eternus cuncta bonitate repletus:  
Quem non vllus homo: se tamen ipse capit:  
Sufflat in extense vultum spirabile numen:  
In noua celestis funditur ossa vigor.  
Surgit: et assurgens genibus titubantibus orat:  
Oscula quoque auctoris dat venerata pedi.  
Ille manu demulcet eam: et descendere mandat:  
Istud idem nimio mater amore facit:

Seraphio coetu et turbis comitata dearum  
 Venit ab ethereo sponsa beata polo.  
 Et de tot mundi regnis totq3 vrbibus vniam  
 Alluaream iussi precipuamq3 petunt.  
 Illic seruandam diuino numine linquunt;  
 Ut genitam teneant et venerentur alant.  
 Omnipotens talem fecit tantamq3 figuram  
 Sit morum exemplar virginibus speculum.  
 Proleq3 victura regnum fecunda bearet:  
 Si nato regis associata foret.  
 Tota repentino splendet fulgore caletq3  
 Et perfusa bono spirat odore domus.  
 Quisq3 futurus erat genitor materq3: sopore  
 Excutitur: diuum deueniente choro.  
 Letantur gratesq3 deo persolvere certant:  
 Et tacitas pura fundere mente preces.  
 Excipiunt natamq3 suam reuerenter honorant:  
 Namq3 dei noxant numine tanta geri.  
 Sic mihi dictabat: sic multo plura volentem  
 Audire: et cupidum scribere deseruit.  
 Ecce cadit dextra calamus: leuaq3 papyrus:  
 Heu: rex membrorum non minus ipse cadit:  
 Deficit ingenium: mens deficit: omnia secum  
 Siue erato fuerat: siue thalia: tulit.  
 Ingemo: et attonitus velutiq3 a fulmine tactus  
 Lenuus in tabula pono repente caput.  
 Nec quo me vertam scio: si me vertere possem:  
 Nil vnquam nostro corpore frigidius.  
 Sensi alias animi nostri torpere vigorem:  
 Adembraq3 hyperbozea frigidiora niue.  
 Corporis at tantam nunquam mentisq3 ruinam  
 Credidimus: faciles deteriora manent.  
 Occurrit stupido confuso et pene labanti  
 Dilecte facies plena fauore tue:  
 Anxius implozo tremulis hanc vocibus absens  
 Audiat exanimum me quoq3 tollat humo.

Tu seu melpomene: euterpe: aut inclyta dios:  
 Vel sis sacrarum prima heliconiadum:  
 Redde mee amissum lumen mentiq; vigorem:  
 Quicquid et ablatum tu modo redde precor.  
 Da mihi quo coeptum valeam complere libellum:  
 Interrupta nihil pagina laudis habet.  
 Putrida tu placidis animare cadauera verbis  
 Tanta tibi virtus insita: pene potes.  
 Hoc magis aspira quoniam de teq; domoq;  
 Nostra locuturam musa sponondit opus.  
 Vix ea finieram: sensi mea corda leuari  
 Afflariq; suis pectora numinibus.  
 Intus hebescebat mea mens obtusaq; prosus:  
 Illo celesti destituente loqui.  
 En calor: en vigor: en mens iam reddita viuuit:  
 Quodq; prius potuit iam reparata potest.  
 Instrumenta iterum capio: quibus vsa recurrat  
 Equoreas blando flamine lynter aquas.  
 Adde miserū: quo nā propero: quas soluit in vndas:  
 Tutior emporio stet mea cymba suo.  
 Presentem quenquā vitium est extollere dictis:  
 Turpeq; mendosas promere blandicias  
 Sed si summus honos alicuius: notaq; virtus  
 Splendeat: hanc esset grande tacere malum.  
 Saltem clarorum tradenda est mentio scriptis:  
 Incitet ad laudem viua litura bonos.  
 Non ab re video: paucos dicturus honores:  
 Premia virtuti connumeranda tue.  
 Hinc vultum precor: hinc auerte parūper et aures:  
 Hic meus externis non tibi sermo venit.  
 Aluarus hoc regnum cum iam furiaffet erinnys:  
 Peneq; vertisset cuncta elementa chaos:  
 Illesis pedibus manibusq; et mente serena  
 Calcata euasit fortior inuidia.  
 Se tutum in tutum merita cum laude recepit  
 Inuictus semper intrepidusq; locum.

## Liber

Rege sub alphonso preclara negocia gessit  
Multaq; sunt forti bella peracta manu.  
Ut maiora quidem afflatis recinenda poetis;  
Sub ferdinando plura trophea tulit.  
Quem princeps bello seu paci poneret idem:  
In bello victor paceq; tutor erat.  
Quem seu cum bruto confers prudentia bruti  
Aut minor: aut certe non minor huius erit  
Seu vis cum prisco meritis conferre catone:  
Qualibet hic maior parte catone cato.  
Maiorum gentis fortissimus ibat achilles;  
Magnus et in bello maximus hector erat.  
Si tamen hic noster virisset tempore in illo  
Tantum multo fama futura minor.  
Cum clava ferus alcides foret obuius illi:  
Donasset flexis oscula poplitibus.  
Non sibi cum caco certandum crederet: aut cum  
Antheo libyco: cum cane tergemino:  
Non tot aper: nec cerua pilos: recidua nec hydra  
Tot squamas habuit vertice multiplici:  
Hic quot maurozum pro christo milia pugnans;  
Hac illac sparsa sanguine stravit humi.  
Non ita se gessit dur: cui dedit aphyrica nomen:  
Ardeaq; in titulos cui fuit exilium.  
Laudabant veteres quod erat memorabile factum  
Audentes veris scribere plura notis.  
Si pro principibus nil veri dicere quirent:  
Fingebant proprio quilibet ingenio  
Mostrates adeo segnes adeoq; tepentes  
Hac tanta rerum noticia reticent.  
Hinc licet exclamem o mores o tempus iniquum  
O nostri seculi pectora marmorea.  
Unam quippe rosam inter sentes mille legebant:  
Qua facerent totidem sentibus esse rosas.  
Hic totus redolet speciosa rosaria campus:  
Nullaq; spina pater: nullaq; spina latet

Quare agite o vates campos intrate virentes:  
Et legite innumeris lilia cum violis.  
Sertaq; de vario componite flore canentes:  
Adorq; triumphali cingite fronde caput.  
Tum nares auidas tali perfundite odore:  
Depositis curis exaturate animos.  
Verum vbi tanta diu cepistis gaudia leti:  
Vestraq; odoratis mens satiata calet:  
Adittite per mundum compactas ire coronas:  
Olfaciet: quisquis tangere dignus erit.  
Quinetiam dominus campi: pomaria liber  
Lota indefesso tollere corde sinet.  
At bona fortune letam facientia mentem:  
Ipse cunctis fragiles possidet vnus opes.  
A patribus partim: partim virtute paratas  
Ipse prudenti ad vitam subijcit arbitrio.  
Tot mauri: totq; ethiopes: tot ad omne clientes  
Obsequium: hanc credas cesaris esse domum.  
Quid: q; ab effigie dignoscitur intima virtus:  
Qualis enim vultus: talis et ipse animus.  
Corpore magnus adest: vi: roboze: pectore maior:  
Adultum pauca loquens: vnica facta facit.  
Quis sit tam durus: quis sit tam ferreus: ad se  
Quem non alloquijs mitibus alliceret:  
Sepe etenim extremis valuit facundia rebus:  
Quod bellatrices non valuerunt manus:  
Bellozum strepitus: et curas inter edaces:  
Voluit si quid habet lingua latina boni.  
Vultus vt in letis: sic est in tristibus illi:  
Ibi vitium feruens: prauaq; corripiat  
Qua virtute virum xanthippe efferre solebat:  
Constantem cernens ire: redire domum.  
Quodq; magis mirum: et donum celeste putandū.  
Vix dum complevit integra lustra decem  
Aspectuq; adeo iuuenis: flauoq; capillo  
Floret: eo nullus iunior alter eat.

Inter mille duces stantem qui nescius esset:  
 Luntorum hunc primum diceret esse ducem.  
 Quid vite memorare modum presentis: et acte?  
 Sanctius hic omni celibe castus agit.  
 Uxorem preter: nullam quesisse fatentur  
 Assidui comites: assidui famuli.  
 Tantaq; sobrietas ( cum non opulentia desit )  
 Sit: qui non videat: durus habere fidem.  
 Cum rigido aut leni nulla est concordia baccho:  
 Fert q; voluptatem vinea nulla viro.  
 Hic est ille ducum ductor clarissimus armis:  
 Vere romulidis anteferendus auis.  
 Cuius dum lateri procerum: comitumq; potentum  
 Turba frequens: properis assidet obsequijs:  
 A tergo aggreditur malacensis maurus: et ense  
 Ferrandum regem: vulnerat esse ratus.  
 Ipse sui memor: apprehendit: iustissimus ultor:  
 Uxor et a nullo territa facta metu.  
 E structis hominum properant huc milia castris  
 Tendit sollicitos rex celerare gradus.  
 Discerptum aspiciunt: laniatūq; vndiq; corpus:  
 Letantur poenas iure dedisse suas.  
 Sic infelicem gladijs in frustra trucidant:  
 Tale nefas ausus talia promeruit.  
 Tormentis malace hinc in proxima moenia iactant:  
 Ossaq; quo fata sunt: accubere solo.  
 O quales gemitus: o que suspiria viso  
 In caput illato vulnere regis erant.  
 Nunc dictis mulcet: manibus nunc tractat amicis  
 Turbidior leso pallidiorq; fuit.  
 Non consanguineus: sed eodem germine ductus  
 Esse videbatur hac et amore fide.  
 Ille nec ingemuit: nec casu territus illo  
 Subridens pro te hic sic cruor inquit eat:  
 Qui solandus erat: placidus solatur et orat:  
 Aduneraq; illa dei primiciasq; refert.

Hic inquam primi genitus de stirpe iohannis  
 Qui septa posuit primus in vrbe pedem:  
 Regia progenies narratur ab ordine quartus:  
 Tertius inq3 gradu continuare genus  
 Huic ferdinandus genitor bragantia dux est:  
 Militie ante alios clarior arte duces.  
 Cui pater alphonsus iustis metuendus in armis:  
 Gloria qui primi lausq3 iohannis erat.  
 Arboris hic truncus generose hic gentis origo:  
 Tot velut e nitido fonte refudit aquas.  
 Rursus ab hoc soboles serie par nascitur ipso:  
 Continuat totidem linea recta gradus.  
 Nam primogenitus primis eduardus ab annis  
 Editur: alphonsus quo satus ille fuit.  
 Alphonsus solum generat post multa iohannem:  
 Unicus hic natus rite secundus adest:  
 Et quo dux noster celsusq3 georgius ortus  
 Egregijs omnes moribus ornat auos.  
 Nec solum egregijs veteres hic moribus ornat:  
 Doctrina ingenio prestat et arte patres.  
 Lacte suo tenerum quem nutriuere sorores:  
 Castalij viuus fontibus aonides  
 Quem doctrix fertur pauisse hoc fonte minerva  
 Fruge cleantea frugeq3 socratica.  
 Virginis intacte et que matris nomen adeptae est:  
 Natali tanti preluit illa ducis.  
 Pinguidulum tetigisse manu et mulsisse benigna  
 Traditur: et longos contribuisset dies.  
 Exemptumq3 malo dictis omniq3 periculo  
 Omneq3 infausto reddidit innocuum.  
 Quinetiam radio corpus persculpit eburno:  
 Et graciles partes regia membra facit.  
 Dum fouet in gremio: medijs dum suscipit vlnis:  
 Pro puero ad natum multa precata fuit.  
 Dat validas vires toti: verbisq3 leporem  
 Ipsi persimilem fingit in ore patri.

Est ea forma decens nullis reticenda camenis:  
 Interior multo pulchrior efficitur  
 Quicquid sciuerunt illi quos grecia septem  
 Et quos doctiloquos itala terra tulit:  
 Orpheus et quicquid princeps cognouit homerus  
 Quicquid aristoteles: quicquid et ipse plato:  
 Afflat in infantis virgo nitidissima pectus:  
 Sidereum repetit venerat vnde: polum  
 Ista dei gessit mandantis nomine mater:  
 Et tantum ipsius numine struxit opus.  
 Nec sunt consilio et nutu properata superno  
 Ex animis fieret vna duabus idem  
 Namq; ex principibus multis hac nemo fuisset:  
 Nec coniunx tanto digna reperta viro.  
 Annis excedit sponsus trieteride sponsam:  
 Hac non est etas aptior vlla toro.  
 Ergo vbi de celo tali compage beatrix  
 Venit ad hos ipsos nympha pudica lares:  
 Fama volat (quanq; nimium secreta lateret)  
 Delapsam supera sede fuisse deam.  
 Currit adoratum populus plebs vndiq; certat  
 Visere: nec vulgis illa videnda datur  
 Solum aditus regi conceditur emanuelis  
 Paucaq; regali more modesta loqui.  
 Adiratur pario radiantia lumina vultu:  
 Adiratur sensus dicta notanda nouos.  
 Cunctaq; mirando contracta fronte stupescit:  
 Aspectu hoc quauis vellet abire nequit.  
 Jungere constituit rex et connectere vinclo  
 Subdereq; impositae legis vtrūq; iugo.  
 Delapsam hanc alij contendunt esse iannis:  
 Non autem nostro tempore celicolam.  
 Adoribus eximijs captum tantoq; decore  
 Jam sociam nato: iam sibi velle nurum.  
 Omnibus ingrata interceptum morte nequisse  
 Optatum votis imposuisse modum.

Id quocunq; tamen successit tempore: nemo  
 Ambigere ex ipsis esse deabus habet.  
 Hoc facies: hoc verba probant et gressus euntis:  
 Confirmant vera celica facta fide.  
 Inuidia quidam vatum figmenta furentum  
 Dixerunt: totum nec voluere ratum.  
 Idq; probant: quoniam forma genuisset eadem  
 Matam aliam mater: peneq; consimilem.  
 Nec inter reliquas splendore ardente coruscat:  
 Eminent: et diuis annumeranda venit.  
 Si qua iocunda valet facie configere quenquam:  
 Nec facie duos sola ferire valet.  
 Si qua puella suo risu consternat amantes:  
 Ista suo risu sternere quenq; potest.  
 Ipsa quidem felix: sed felicissimus ille:  
 Amplexus caros: basiaq; arcta dabit.  
 Nec sermone pares: maior celestis habetur  
 Lusitana soror: bethyca sorte minor.  
 Subsequitur soror hanc retinens ex virgine nome:  
 Que peperit nullo virgo dolore deum.  
 Adde q; vna valens animo: nimioq; nitore:  
 Plurima cum nostra signa sororis habet.  
 Hanc genuit primo genitrix vberima partu:  
 Venturam externos sortibus in thalamos  
 Jure benealcafer comes alter possidet idas:  
 Cum fuerit multis iam repetita procis.  
 Nomineq; helisabet: nulli cessura priorum:  
 Forme tantus honos: tantaq; dos animi.  
 Nec libare alius meruisset virginis aurum:  
 Mobilis ille foret: aureus ille foret.  
 Solus hic alphonius meruit: dignusq; repertus  
 Amplexu helisabet: colloquijsq; frui.  
 Clarus: et a claro generatus sanguine: regum  
 Candida progenies: progeniesq; ducum.  
 Est quoq; regalis vir regius: omnis in illo  
 Effulget mira cum probitate decor.

Cui cedunt equites galli: parthiqz fugaces:  
 Adilitia quisquis preualet armifona.  
 Et quicumqz aliqua comes est virtute probatus  
 Huic prebet vinctas: ore fatente: manus.  
 Qui iuuenis nondum bis denos perficit annos  
 Cuncta tamen caio cesare digna facit.  
 Nam siue hastarum certet concurrere ludo:  
 Spectator tanta strenuitate stupet.  
 Vel si forte bonas artes euoluere malit:  
 In declaranda non habet arte parem.  
 Et quodcumqz legit peracuta percipit aure:  
 Precipuos inter vt maro sic cicero.  
 Cuius tanta nitet sapientia: tantaqz virtus:  
 Ut sit cesareis anteferendus auis.  
 Primaqz lanugo roboricum vestit: et ornat:  
 Cui pharetram si des: frater amoris erit.  
 Exprimat effigiem verbo genitoris: et ore:  
 Accirco vnus amor: vnaqz cura patris.  
 Seu canibus lepores: frendentes ve impetat apros  
 Apparet celeri delius altet equo.  
 Annorumqz nouem: formaqz georgius ilus:  
 Annis hic puer est: sed grauitate senex.  
 Natus ad eloquium: doctrinas natus ad omnes:  
 Qualis adhuc nullus traditur esse puer.  
 O vtinam ambobus producant mitia parce  
 Stamina: nestoreos dent superare dies.  
 O fortunatam: o plenam virtutibus aluum:  
 Fecundum o geminis pectus in vberibus.  
 Inter aues phoenix: matronas inter honestas:  
 Precipuum retinet alta philippa locum  
 Tam forme decore et iuuenili roboze pollet:  
 An mater: potius sit soroz addubites  
 Cuius forma nitens: sermonis gratia: virtus:  
 Stemmata et ingenium virgineusqz pudor:  
 Dicere compellunt multos: quam scripsimus illam  
 Hanc ipsam tantis laudibus esse deam.

Quacūq; incedit nascuntur milia florum  
Idestanis viole lilia mixta rosis.  
Parcite celestum mihi parcite turba dearum  
Hoc tantum vestra dicere pace libet.  
Māi deus a lecta sumpsisset virgine carnem  
Sola hec angelicum promeruisset aue  
Tempus adesse videns soboli rex optimus aptum:  
Alligat hec vinclo corpora perpetuo.  
Ab ille et quingentis a partu virginis annis  
Exactis: tantum concelebratur opus.  
Secum verba facit: patriq; deinde puelle  
Que ventura forent commoda commemorat.  
Aluarus in terris quo non sapientior alter:  
Annuit: et dominum consiliumq; probat.  
At iuuenis quem tum regis tutela regebat  
(Cui rex morte loco cesserat ipse patris)  
Dissentire nequit: se paulo intentius intus  
Consultit: et totum voluit vtrinq; sagax.  
Dantq; fidē spondētq; ratū hinc hymenea futurū:  
Quo potuit regno carius esse nihil.  
Persoluit grates superis: instaurat honores:  
Non cessat meritas fundere quisq; preces.  
Jamq; dies electa aderat: solemnia quando  
Consumare pia religione parant.  
Istq; fuit festus domini maij q; supremus:  
Quo nil splendidius candidiusq; die.  
Regia regine pannis ornata decoris  
Ipso fulgebat culmine ad ima domus.  
Huc itaq; a laribus veniunt domibusq; paternis:  
Non locus in regnis aptior vllus erat.  
Nupta verecundis oculis passuq; modesto  
Lelicolum turbis associata venit.  
Bestat idumeum manibus nitidissima ramum:  
Quem secum a superis sedibus attulerat.  
It dextra lianoza soroz rex ipse sinistra:  
Quo nihil hoc nostro celsius orbe choro.

Quacunq; incedit vitales spirat odores:  
 Egros incessu sollicitosq; leuat.  
 Crinibus ex humero demissis aurea solem  
 Obnubit radijs sponsa stupenda suis.  
 Non venus hos: natusq; volans et cecus et amens:  
 Leuia iactantes spicula circueunt.  
 Nempe maritatis: et firma lege reuinctis:  
 Infandi interdum causa fuere mali.  
 Ergo dei iussu: donec sponsalia fiant:  
 Non erecturi: delituere: caput.  
 Seu paphon hinc ierint: cypriū ve: cythera: erycē ve  
 Siue domū idaliam: nil nocuisse queunt.  
 Illorumq; loco successit turba dearum:  
 Sanctorumq; suo grata caterua deo.  
 Angelus alatus veros infundit amores:  
 Et iacit alternas thuribulo faculas.  
 Tanta ferebatur veterano pompa ministro:  
 Liuoso modicum tramite constat iter.  
 Queq; syracusij contempsit verba tyranni  
 Factaq; propositis horridiora minis:  
 Preuia fert manibus cultum: sacrumq; libellum:  
 Ad rem quo gaudens enthea dicta legat.  
 Quam simulac lentis intrarunt passibus aulam:  
 Excepta a regis sponsa parente fuit.  
 Quam propter tales illuc coiere propinqui:  
 Ire vetabat eam debita causa foras.  
 Tibicen: tubicen buccas sufflatibus implent:  
 Concinnos fundunt: horriferosq; sonos.  
 Nec resonam auratāq; chelim citharedus omittit:  
 Omnis in hac camara qualibet arte fragor.  
 Presul adest: dudum septensis episcopus: olim  
 Lingensis: docto qui sacra more facit.  
 Iureq; iurando solemniter omnia firmat:  
 Poscit vt inuulsi regula connubij  
 Porrigit et sponse librum: quem tangat: apertum.  
 Adorq; viro: sanctum iurat vterq; libens.

Tum manui regina dedit tali munere fratris  
 Oscula tum frater mutuo pensat idem.  
 Credita germane a puero q̄ alumna fuisset:  
 Officio hoc grates sponte referre parat  
 Tali coniugium pacto vinctosq; hymeneos  
 Soluendos nullo tempore perficiunt.  
 Quo sine mortales virissent more ferarum:  
 Nullus amor sobolis: nullaq; certa fides.  
 Urbibus et villis veluti pecuaria siluis  
 Erraret coniunx coniuge multiuago.  
 Confusis oritur discordia: vulnera: cedes:  
 Infelix omni vita quiete caret.  
 Consuluit melius brutis natura creandis:  
 Noscit ovis natos: noscit et omnis auis.  
 Queq; suos norunt: equa pullos: vacca iuuenos:  
 Sus lea dama tigris vrsaq; asella canis.  
 Nosse suos homini misero vanoq; negatum:  
 Hac natura illi parte nouerca fuit.  
 Nec satis est tedas cuiquā exercere iugales  
 Nec passim nostra nubere lege licet  
 Dat censura modum: dat pagina sacra tenorem  
 Demonstrant patrum dogmata sancta viam.  
 Quicquid ab his aliud fuerit: damnabile fiet:  
 Et dignum stygias mergier in latices.  
 Betuli: phrygij prauis cum moribus errant:  
 Illicito coeunt femina masq; toro.  
 Nam datur vxores septenas ducere mauris:  
 Siue soror: seu sit nata sorore viro.  
 Humanus fieri sponsa de virgine verbum  
 Et medio nasci coniugio voluit.  
 Quod deus instituens in ameno tradidit hortos:  
 Et nihil hac iussit firmitus esse fide.  
 Humane hic igitur vite certissimus ordo  
 Regnet: in exhaustas ordo daturus opes.  
 Et quicumq; alio modo se vinxerit: ille  
 Infamem se se sacrilegumq; sciat

Ista quidem nupte sic sponsio facta future est:  
 Optanti nec dum tradita sponsa viro.  
 In mensem dilata fuit res tota nouembrem:  
 Illi quo fuerit illa recepta minus.  
 Causa quod hinc genitrix abiit ductura marito  
 Deuinctam prius his nexibus helisabet.  
 Comiter a notis castelle regibus ambe  
 Qui fuit immensus excipiuntur honos.  
 Promissamq; diu sacro pignore tradunt:  
 Unum de duplici corpore corpus agunt.  
 Hancq; moram aduentus regine tramite lento  
 Dum nuptura venit ad sua regna: facit.  
 Intransi procures regni comitesq; ducesq;  
 Obuenere procul turma superba viam.  
 Luce iouis statuunt caterinam mane sequentis  
 Hoc solemne sacro concelebrazare modo.  
 Edificata nouis intra sublimia tignis  
 Tecta patris cunctis gratior aula manet.  
 Ditia diuersis aulea nitentia signis:  
 Hanc etiam exornant strata tapeta domum.  
 Regia vera licet sit fulgentissima phoebi:  
 Quam pro tractandis natus adiuit equis:  
 Non tamen est melior nostraq; nitentior: in qua  
 Iusticie vero sol iubare enituit  
 Hanc ad hoc structam velat super aureus aram  
 Qui faceret dictus hic sacra presul erat.  
 Affines aderant pauci pauciq; propinqui:  
 Rebus concordēs mentibus vnanimēs.  
 Consortes medio resident comptoq; sedili:  
 Vix leuus retinet dextera sponsa locum.  
 Proq; viro dux quem dominum bragantia sentit:  
 Ipsius et mater pro muliere sedet.  
 Matrimum hanc vocitant: ast illū vulgo patrimū:  
 Utraq; sunt rectis verba recepta notis.  
 Nupta nitens auro et gemmata monilibus: auro  
 Torque magis propria luciditate micat.

Primo aditu mitra et fulgenti veste sacerdos:  
 (Luius iam deceat summa tiara caput)  
 Stans super inflexos genibus: delecta patienti  
 Dicta legit libro: tum benedicit eos.  
 Postquam libavit: consumptaq; victima cessit:  
 Ecce: tuam vxorem suscipe pronus ait.  
 Exceptamq; manu: membrisq; tumentibus illam  
 Indissoluendos tradidit in laqueos.  
 Hanc firmata fides populis gratissima ad aram:  
 Adaxima regnorum causa futura boni.  
 Sic deus excelsa victos conseruet ab arce:  
 Ducat et ad prolem multiplicetq; genus.  
 Sitq; ea progenies tantos habitura triumphos:  
 Antiqui quantos vir meruere patres.  
 Perdomet occiduas: orientes perdomet oras:  
 Adassylosq; vafros: sauromataq; truces.

C Cataldi consolatio ad ferdinandū  
 menesū: marchionē magnanimū.



Quid lachryme psunt: qd tātos rūpe qst?  
 Quid iuuat imeritas dilacerare genas?  
 Ecquid flauentes manibus discerpere crines?  
 Tundereq; in postes: et laniare caput?  
 Non hoc celicole: non hoc celestia poscunt:  
 Non pietas: iras est reuocare dei.  
 Ut licet eternos sanctos orare: deumq;  
 Et tacitas multa fundere laude preces.  
 Carmine lugubri fatum: solenneq; funus  
 Prima o castalidum calliopea refer.  
 Laneus iste habitus post casum principis vnde est?  
 Horridus occurrit per fora: perq; vias?  
 Fletus et horrendis nostras hululatibus aures  
 Verberat: heu multum corda serena ferit.  
 Jure fuit regni primorum maximus heros  
 Adenesia ducens marchio stirpe genus.

Ad marchionem

Nec non progenies clarorum candida regum  
Floruit: et priscos exuperavit auos  
Seu fors siue deus repetendi lege creatis  
Quod dederat repetit adueniente die.  
Nam quater et decies prope lustra ubi viderat euis  
Ihos recubans hausit auribus ipse sonos.  
Cum cancer phoebo tergumq; pedesq; ruberet:  
Et sociâ: capri vellet habere domum.  
Quod celso quondam cepisti reddere olympo  
Admonet: et superas tempus adire domos  
Lare tuum molli corpus compone cubili.  
Impavidus paucos petre quiesce dies.  
Non tibi certa domus: non hec donata perennis:  
Sed que non vllis motibus excutitur:  
Non te natozum moueat: non cura nepotum.  
Aerus amor deus est: et deus ipsa salus:  
Dixit et hinc diuis implevit odoribus aulam:  
Illuc non visus: venerat vnde abiit.  
Cum senior reuoluta toro tremebundaq; membra  
Excitat: ac somno lumina pressa leuat  
Se genibus titubans firmare senilibus audet:  
In celum ( vt valuit ) tendit vtrasq; manus.  
Atq; ait o veri interpres ( quicumq; ) tonantis:  
En tua dicta libens et tua iussa lego.  
Nam tot natozum quanquã me cura retentat:  
Et consanguineum plurimus angit amor:  
Unicus ante nepos alios cognomine nostro  
Terrarum cupidum sollicitumq; facit:  
( Quippe decus gentisq; mee laus ampla futurus:  
Totus auum verbo totus et ore refert )  
Non tamen inde piger mundo spoliatus inani  
Contemptis terre nubibus ire nego.  
Quandocũq; libet: quocunq; afferre pararis:  
Non animus seruo corpore serus adest.  
Istud idem multo mea mens optauit ab euo:  
Hoc ego preter iter cuncta lutosa reor.

Artubus hec tremulis constanti corde locutus  
Ponit in hoc ipso frigida membra toro.  
Adane fit: et natos secum quos eger habebat  
Conuocat: et caram mandat adesse nurum  
Quam plusq̄ natam blefis dilexit ab annis  
Seruauit carum filia cara patrem.  
Tum quod per somnum vidisset narrat ibidem  
Seq̄ refert trino velle placere deo.  
Deu cecidere omnes subito ceu vulnere scissi.  
Iste flet: hicq̄ gemit: ille dolore tacet.  
Ipse senex (quanquam macies extrema per artus  
Reperat et totus pallor et ossa foret)  
Solatur varioq̄ modo variaq̄ loquela  
Nec deplorandum putre cadauer ait.  
Sat sibi: sat domui et regno vixisse: parum dijs.  
Alterius lachrymas spargere quēq̄ vetat.  
O quotiens frustra medici succurritis inquit:  
Nil contra superum iussa: medela iuuat.  
Regis ad excelsi peruenit nuncius aures:  
Et rem: sicut erat acta fuisse monet  
Protinus expertum camera fidumq̄ grauemq̄  
Visum qualia sint fata: venire iubet.  
Gratia tanta viri: facundia tanta loquentis  
Casibus afflictos letificare queat.  
Qui comes assiduus: nulla collacteus hora:  
A regis gremio cessit et a latere.  
Cum venit: natos circumplorare cubantem  
Comperit et gemitus promere cum lachrymis  
Deq̄ bono summo: et veri ratione: deoq̄  
Perdocte et grauius plurima verba facit.  
Post hec ad primum genitum se vertit: et hortans  
Plus alijs moestum talibus alloquitur  
Inspice magne comes q̄d fas quid deniq̄ non fas:  
Et pone ante oculos pristina facta tuos.  
Jam tua in aduersis virtus obducere callum  
Debuit: et nullis frangier icta malis.

## Ad marchionem

Vidisti quondam dilecte fata parentis?  
Et mox alphonfi principis interitum.  
Quod non ex animo delendum tempore quoquam  
Esse videbatur vulnus vtrunq3 tuo.  
Quo grauitas: et quo tua nunc constantia cessit?  
Totq3 exempla vbi nunc que repetita dabas?  
Quoq3 minus doleas: genitoris conspice vultum:  
Verbaq3: signa sui non libitina tenet.  
Sepeq3 pro passo cepisti vulnera christo:  
Strenuus in mauros dum fera bella geris:  
Nec minimum sensere tui genuisse: nec vllum  
Afflicto verbum mollius excidere.  
Tu primus: fas a primo deducere morem:  
Non prius accepto verbere flere decet.  
Viuu adhuc: longosq3 dies: vitamq3 superstes  
Viuuet: vtrum melius: nouit ab arce deus.  
His dictis redijt: narrat quod ceperat vsum  
Soluere nature reddereq3 ante datum.  
Nisi properet celeretq3 gradum rex optimus illuc:  
Nihil: nisi visurum corpus inane monet.  
Ergo celer moestusq3 senem descendit ad egrum:  
( Illius prope erant regia tecta: domus )  
Nec solita turba numero comitatus honesto  
Visitatur: inspecto rege quiescit auus.  
Et nunc apprensus manibus: tactisq3 benigne  
Ingemit: et vultu dissimulare nequit.  
Nunc faciem facie contingit: fouet oscula dando:  
O dignum celis emanuelis opus.  
Hic quia rex sapiens moriturũ morte propinqua  
Nouit et aduersus fata iuuare nihil:  
Viuue refert pater: et patri committe superno:  
Ille dat et vitam: dat q3 benignus opem.  
Vos nati talem circum modo sidite patrem:  
Internas vigili soluite mente preces.  
Cumq3 propinquaret celesti marchio vite:  
Letus in extremis hec memoranda tulit.

Quid gemitus lachrymasq; mei tot funditis ergo?  
 Non mors ista quidem vita vocanda mea est:  
 Nulla quies homini in terris: omnisq; triumphus  
 Umbra fugax: mala sunt que bona summa putas  
 Omnis vita labor: demum labor ipsa voluptas:  
 Et bene si trutines omnia: nulla quies.  
 Si nitidos atrosq; dies euoluere tentes:  
 Longior atra dies: et numerosa magis.  
 Hec memorans: nympham spirat cū voce pudicā:  
 Restituit superis: ceperat a superis.  
 Effertur domibus vacuum et miserabile corpus:  
 Pullata tectum vesteq; sericia.  
 Extra valuarum limen gens plurima stabant:  
 Diuersa eiusdem religione fori.  
 Ter centum hinc viuis mediū funalibus atq; hinc  
 Horrendis cuncti fletibus associant.  
 Non nisi fletus erat: veluti rex almus obisset:  
 Aut foret ex ipso patria versa solo  
 Turbaq; natorum: quos ius exire vetabat  
 Alaribus: vel mos ad sacra busta sequi:  
 Heu quantis cruciata malis pene occidit omnis:  
 Dum dare complexus oscula sancta negant.  
 Atq; erat ex patula lanata veste fenestra  
 Clamat: et ad fletum concitat horribilem:  
 Hinc ferdinandus cunctorum primus et heres  
 Sedato fatum pectore ferre nequit.  
 Hinc amor antoni: qui paucis ante diebus  
 Prefectus septa venerat vrbe: furit.  
 Horrifica henricus detentus voce petebat  
 Lernere paulisper corpus inane patris.  
 Parte alia geminans hululatum didacus altum  
 Lernuus e pedibus pene suis cecidit.  
 Et sua pro patrio fato facundia muta est:  
 Victus et a nullo milite: victus erat.  
 Quiq; nepos vultum vere referebat auitum:  
 Et similis verbo nomineq; alter auus.

Ad marchionem

Excessit lachrymarum omnē superante dolore  
Admisso sensu cum ratione modum:  
Non hunc precepto: precibus vultuq; minaci  
Aditigat: ardens funus adire parat.  
Ut neptis flauos rupit liano: a capillos:  
Qui nec roseo morte pepercit aui  
Tertius ad tantos motus plorare iohannes  
Nec non singultus cogitur in tremulos.  
Qui licet ignoret tristari: flereq; quid sit:  
Flet tamen: et fratris subterit vsq; latus  
Monius a cunis ( res est miranda ) parentum  
Ploratus sensit planctibus horrifonos.  
Cum tribus in lucem vix mensibus editus esset:  
Vtile per noctem dulceq; lac renuit.  
Et veluti sensisset eum migrare sepulchro:  
Vagit et astantum turbida corda ferit.  
Tota domus confusa tonat: pariesq; trabesq;  
Horrendam promunt limina tristitiam.  
Vptius afflictos nullus solatur amicus:  
Adartia q; sanctis foemina blandicijs.  
Hecq; philippa fuit cunctis prelata virago:  
Non secus ac bello pantefilea foret.  
Quid ploras generosa domus: quid mollia viuo  
Tamq; repentino stigmatē corda notas:  
Ille satis vixit regnoq; beatior omni:  
Quodq; deus dederat forsq; peregit iter.  
Quod tibi longa dies referet prudentia multo  
Est melius carpat: diminuatq; malum.  
Nobilium interea et procerum bona turba viroꝝ  
Quo deceat nigris vestibibus associant.  
Hunc pulchro ( licet hoc pulchri nihil ) ordine coetū  
Instruxit petrus vir grauis alcaſauus.  
Quenq; suo constare loco: certumq; tenere  
Lautus iter: doctis vocibus ire facit.  
Didacus hic dux regine: regisq; sorore  
Matus: lugubris corpus et ora venit.

Alvarus huic patruus comes est: insignis ubiqz:  
 Seu bello: seu vis ponere pace virum.  
 Filius inuicti quondam: sobolesqz ioannis  
 Orphana: qui a forti milite nomen habet.  
 Hic maralua comes: tingensis episcopus illinc:  
 Qui tenet a petra nomina presul erat.  
 Plurima turba genus referens a sanguine regū:  
 Hic aderat: longum quam memorare foret.  
 Declinem tenuere viam: lentosqz deorsum  
 Maxima qua ferri est porta: tulere gradus.  
 Obstipis: moestisqz preces effundere passim  
 Adixta viris certat religiosa cohors.  
 Hinc magdalene perradunt templa beate:  
 Ede salutata mox rapuere viam.  
 Adiliaqz huc hominū properabant vndiqz visum  
 Nec capit angusto tramite tanta locus.  
 Tunc opifer deponit opus quod quisqz parabat  
 Solerti ingenio cudere: quodqz manu.  
 Argenti aurifices seruant crateras: et auri:  
 Ad pompam tendunt exequiasqz nouas:  
 Sutor: et huc sartor: vel cementarius: et qui  
 Pulchra facit pulchris baltea virginibus:  
 Tonsores: fabri: et genus id: miserabile plorant.  
 Qui ve dolore nequit flere: recumbit humi.  
 Ad tua perueniunt vincenti limina martyr:  
 Janua que ducit turre superba foras.  
 Quiqz sui fuerant: terra funalia frangunt:  
 Et caput in pheretrum sepe dedere suum  
 Ador super impositum iumento ferre sepultum  
 Sancterenam versus accelerare student:  
 Jam ruber oceano surgebat phoebus eoo.  
 Ibat et expulsis nubibus acta dies.  
 Allandrum venere situm prope fluminis oram:  
 Quod circum multis clauditur arboribus.  
 Hicqz decem robusti homines: animoqz valēres:  
 Inuiso ligno ponere colla parant.

Ad marchionem

Id pietate noua quod quisq; fuisset alumnus  
Ualdius effusis viribus efficiunt.  
Cumq; per exiguum spatium procederet: et cum  
Ferretur proprijs pompa ministris:  
Ostea siccatis diuino numine membris  
Forma senis nullo conspiciente volat.  
Pondere iam vacuum capulū sensere ferentes;  
Adole cadauerea nec sua colla premi.  
Gaudentes stupuere simul que causa leuasset  
Tanto onere ignaros addubitare facit.  
Adurmureq; inter se casum pressoq; susurro  
Significant: gressus nec minus accelerant.  
Estus et ardentis recoquebat membra diei:  
Et fluidus lasso corpore sudor adit.  
Hanc modo continuis villā modo gressibus illā  
Moratis oculis oreq; pretereunt.  
Phoebus iter medium cursu transcenderat: ultra  
Se magis occiduam verterat hesperiam.  
Jamq; in conspectu templi sedisq; perennis  
Ut reparent vires per breue constiterant.  
Obuia densa venit primatum turba viroꝝ  
Pars equites: summo donet honore senem  
Quorum aliqui multos gens enutrita per annos  
In tabulas crebris ictibus ora dabant.  
Inspecto domini quidam cecidere pheretro:  
Turbarat tantus saucia corda dolor.  
Occurrit lupus almede funebribus ater  
Vestibus: et socerum turba secuta venit  
Hic socer ille domus erecta columna iohannes  
Adenesie: vna fides regibus vna quies  
Scipio si bello presit iam fulminat alter  
Consilio certus delphica dicta sapit  
Clarus auus: clari proau: genitorq; fuerunt  
Ut splendore nitet clarioꝝ ipse suo  
Interea denuꝝ numerus fatale resumit:  
Quod grauius medio pondere sentit onus

Admirandum credunt: sed iam subiere quod horrēt:  
 Rectum iter et minimum busta et ad antra patet.  
 Tonsa cohors fratrum largis distincta coronis:  
 Excepit psalmos ore ciente sacros.  
 Structa salutiferis crucibus preposta iuuentus  
 Preuia francisci corripit edis iter.  
 Fletibus heu quantis quantis hululatus implent  
 Ethera subuerti dixeris omne solum.  
 Plurimus intus erat tabulis compactus aceruus:  
 Nonne qui vulgo dicitur essa nouo  
 Cerea quem circum lambentibus aera flammis  
 Dant ipsa maius lucidiusq; die.  
 Donec terrene domui ingrateq; parenti  
 Terram committunt: quod parit illa vorat  
 At vero tante nouitatis causa fuisse  
 Traditur hec: merito que memoranda venit.  
 Filius hic casu cum non potuisset ad egrum:  
 Defunctumq; suis gressibus ire patrem:  
 Et vetulo munus deus hoc conferret amico:  
 In terris donec intumulatus erat.  
 Plus alijs illum quia dilexisset: amoris  
 Post obitum voluit signa dedisse deus.  
 Miraclo vita cassum consurgere iussit:  
 Inq; colubrensis dirigit vrbis iter.  
 Nulli visa senis recidiui fertur imago  
 Tranquillo fuscas aere per tenebras.  
 Ortaq; nimbo volitat ceu nubila ventos:  
 Et citius iussu iussa superna facit.  
 Prostratum nitido lecto somnoq; grauatum  
 Inuenit: et vocitans pulsat vtraq; manu.  
 Nate o nate mihi quondam dilecte: quid audes  
 Stertere? quid recubans ocia tanta teris?  
 An non ille meus tu filius ante iohannes?  
 Vincebas in me qui pietate tuos?  
 Quo nunc cura mei? pietas quo debita cessit?  
 Lesserunt veterum quo monumenta patrum?

Ad marchionem

En te adeo: cum te potius nos ire decebat.  
Adaior amor meus est: quam tua sedulitas.  
Nec plura his: velut umbra fugit: fugit ocyor aura:  
Et redit: vnde prius venerat: ad pheretrum:  
Ille caput motat: languens ad verba monentis  
Erigit: agnoscit ilicet esse patrem.  
Surgit: et amplecti et manibus cōprehendere vellet:  
Osculaq; illachrymans tradere sancta pedi.  
Tangere cum nequeat: turrim clamoribus altam  
Personat: inq; solum concidit exanimus.  
Ad miserum: miserum repetēs: non oribus vngues  
Abstinet: in terram datq; feritq; caput.  
Ad me infelicem mors impia perdere fas est:  
Si mihi iusta venis: me quoq; tolle precor.  
Cur patre amisso: domino male grata videbo  
Terrarum ereptis lumina sideribus?  
Alphonsus: soli cui credere corda solebat:  
Dat saltum e strato: currit et attonitus.  
Lancerota simul note virtutis alumnus:  
Post alij ad casum: fida caterua: ruunt.  
Formoso dominum et procero corpore stratum:  
Clamantem tetrīs vocibus inueniunt.  
Semianimem stupidi tollūt: properiq; iacentem:  
Et flentes tepido composuere toro.  
Quidnam tale rogant: fuerit: que causa repente  
Quod ve malum insolitis noctibus obtigerit.  
Non queo: me miserum: verbo depromere factum:  
Adens mea torpescit: menteq; lingua tremūt.  
Tantisper requiem capiam dimittite: sicco  
Nunc lymphæ viceolum porgite: vel cyathum.  
Quid statis pigra gens: ac barbara: pocula posco  
Cretea: vel modo sint lignea: ferte: date.  
Fercula non vilis precij permulta feruntur:  
Lataq; cum medico mox medicina fuit.  
Nil capit: in fletus tantum prorumpit amarus:  
Loguntur stantes flere: nec vnde sciunt.

Paulatim querulus causam ploransq; gemensq;  
 Incipit infaustum pandere principium.  
 Tum magis horrifero sonuerunt templa boatu:  
 Et si quassa sua fulmine turre cadant.  
 Lactonus credens aliquos ex pluribus hostes  
 Irrupisse domos: tela parata rapit.  
 Qui cum cepisset vulnus letale recenter  
 Armat se timidum vertice ad ima pedum.  
 Adissa quietantem pacem furiarat erinnyis:  
 Insuper in arma urbem verterat et strepitus.  
 Egreditur tandem: et calcatis passibus intrat:  
 Ultimus apparet: ridiculumq; pecus.  
 Risit turba virum: risit pene ipse iohannes:  
 Risissent lapides: et tabulata domus.  
 Diuerso luctu dum terris ista geruntur:  
 Hic dum pre cunctis filius exanimat:  
 Donec vlyree natozum maxima pars flet:  
 Concutit et spissis pectora verberibus:  
 Angelicos inter genitor: coetusq; beatos  
 Felix: diuinam flentibus orat opem.

Cataldi querimonia ad iohannē emanuelē  
 qua primū se excusat q̄ raro ei scribat.

**A**sterū vereor vocites: pigrū ve cataldū:  
 Vel tactum ingrata rusticitate notes:  
 Quod tibi rara mei studioso littera venit:  
 Argueret sensus officiosa meos.  
 Inq; tuas nunquam venere poemata laudes:  
 Adutuus inter nos qualia poscit amor.  
 Bina exempla tibi poterunt abducere: de me  
 Iudicij falso pectore si quid habes.  
 Aspice prudentem ( nec me censebis iniquū )  
 Qui valet et bello militiaq; ducem.  
 Hanc aciem struit ille magis: munitq; cohortem:  
 Qua magis offendi cautus ab hoste timet.

Aspice et agricolam: terram q̄ findit aratro:  
 Officium quanta sedulitate facit.  
 Ante solum prudens purgat q̄z semina iactet:  
 Uberior quo sit frugibus ipsa seges.  
 Qui: si spinosum videat bene conterit agrum:  
 Quo ve magis fruticant: hoc magis arua colit.  
 Sic in amicicia mihi qui titubare videtur:  
 Hunc propero placidis conciliare modis.  
 Qui mecū vincit media virtute tenetur:  
 Adulcere hunc blando carmine duco nefas.  
 Verum quādo datur scribendi optata facultas:  
 Sponte: suo merita confero laude loco.  
 Tu vero e multis quem nos delegimus vnum:  
 Adulcendus nullis es mihi blandicijs.  
 Dij tibi dent longam et dignam producere vitā:  
 Dentqz senescenti sit leuis aura: precor.  
 Per te nomē habet: per te mea musa nitescit:  
 Te duce apud regem non nihil aucta valet.  
 Si quid agā modo scire cupis: cur squalid⁹ angari  
 Totum funestis accipe carminibus.  
 Et quānqz nostre bene nosti tempora vite  
 Ad oesticie plenum nostra referre iuuat.  
 Perqz deum iuro: et sancte per numina matris:  
 Et per totius numina sacra chori  
 In Rege sub elapso duo lustra peregimus: et vix  
 Integre letum vidimus ire diem.  
 Alvarus ingentem roboricus tēporis huius  
 Accepit partem: dum negat hospitium.  
 Maiorem herodes cepit tantāqz pilatus:  
 Dum lacer oblatum nescio quid repeto.  
 Et nunc exactor nūmorum regius: illis  
 Invidet: et partem flagitat exiguam.  
 Nam dum sancterene concessa diaria posco:  
 Poscenti menses preteriere duo.  
 O spes fallaces: o doctis tempus iniquum:  
 Adergitur in minimo navis onusta lacu.

Ad eoque capistratum ducit carillus: et acre  
Verberat: in tali viue poeta loco.  
Istos esse tui non credas regis alumnos:  
Sens sua compositis moribus esse solet  
Non sic mecum egit rodozicus francia: non sic  
Plurima diuersi turba ministerij.  
Est mala tiphernus res est crudelis egestas:  
In si sit eam peius dissimulare: refert.  
Scripsimus ad multos: et gratia nulla relata est:  
Ad e miserum: forsan rustica musa fuit.  
Rustica musa fuit: nullo condita sapore:  
Vel quia non cecini qualia scurra canit.  
Diues eram: volui fieri de diuite pauper:  
Possem aliquas studio noscere litterulas.  
Nec me propositi desertum poenitet acti:  
Cum croeso: et cosmo ditior attalico.  
Non mihi latrones: fures: pueri ve timendi:  
Nam nostra est omni tuta crumena loco.  
Ad aerie argentum nobis est eius et artis  
Audeat vt cupidus ponere nemo manus.  
Defuncto scripsi complura volumina regi:  
Inde nihil: tantum verbula blanda tuli.  
Inq; diem placido spondebat munera vultus:  
Inq; dies ibam letior illecebris.  
Et quod de tanto sperabam principe donum:  
Horridus incultam barbam eremita fero.  
Et fero lanatas a tonso vertice vestes  
Usq; pedes: meruit tale minerva decus.  
Venimus ad nihilum: superis celebremus honores  
Laudemusq; pium corde verente iesum.  
Seruissim cuiuis: dederat fundumq; laremq;  
Et quo calfacerem frigida membra: focum.  
Tantalus in medijs vndis sitit: et nequit idem  
Fam iam tactura tangere poma manu.  
Sic ego diuitias inter uersatus et aurum:  
Tango oculis: iubeor sed cohibere manus.

iAudus eo: sed liber eo: nil querimus vltra.  
 Seruiet hinc nulli nostra camena viro.  
 Quo ve magis risum moueã: crassumq; cachinnũ:  
 Audi vexantem pectora pituitam.  
 Tanta boni regni fama est: nascentis et auris:  
 Et bene cum domino me satis esse boni:  
 Non cessent itali siculiq; venire quot annis:  
 Credendo auratos inde redire domum.  
 Quem nunquã noui: memini nec nosse parentes:  
 Jam consanguineum peierat esse meum.  
 Nil nisi tristitiam referunt: chlamydemq; coacti  
 Vendere: sponte fugam protinus arripiunt.  
 Quandoq; adueniunt nostra de stirpe propinqui  
 Hi licet inuito viscera dilaniant.  
 Pretereo acceptos pro vero sepe labores:  
 Et que habui multis tedia multa modis.  
 Sens ignara boni falsam dum comprobat artem:  
 Logor in ignaros pro sapiente loqui.  
 Quod cum non esset verum discernere posset:  
 Optabam: vinci non ratione: mori.  
 Cum vidi argento preponi stercus et auro:  
 Dilutum sensi funditus ire iecur.  
 Et nisi galuani mecum sententia rectis:  
 Actum de misero iam fuerat siculo.  
 O vtinam tali viguisses tempore: solus  
 Et tantis poteras eripere ipse malis.  
 Mei mihi quam durũ est verũ narrare neganti:  
 Dirius est fidei contemerare fidem.  
 Nec duo si docto eueniant hominiq; probato:  
 Ex sano insanum quis fieri dubitat?  
 Nemo tam patiens: tam sanctis moribus extat:  
 Cuius non vertant improba verba animũ.  
 Defuit immo parum ( dimissis legis habenis )  
 ( Amisso penitus mentis et arbitrio )  
 Quin cultro aggrederer mordẽtes impius hostes:  
 Aut nasum a vultu dentibus arriperem.

O si sarmaticis aut indis natus in oris:  
 Adularum nullus cognitus esset amor:  
 A puero vel me seruator ad arua colendum  
 Excultum nulla miserat arte pater.  
 Vel precepisset: seruarem tytirus hedos:  
 Quod subij: poteram non subiisse malum.  
 Non mihi castaneus spatioso ianitor aule:  
 Clausisset geminas asper in ora fores  
 Castaneus: mihi castanea qui durior ipsa est  
 Cortice spinoso cum cadit ante diem.  
 Nec eadem a nullo puerozum montis ( vt aiunt )  
 Altria visenti facta repulsa foret.  
 Siue satellitibus culpa: in sulso ve' regenti:  
 Seu domino rerum sit tribuenda: latet.  
 Omnes sponte hilares ad regia tecta ruebant:  
 Ut mea cura: leues accelerare fugas  
 Atq; ita gaudebam iocundus abesse per annum.  
 Ibam (lentus adhuc) quando vocatus eram.  
 Preconem rerum nullum decet esse suarum:  
 Sordescit proprio laudis in ore sonus:  
 Adulta exēpla tamen mostrant et dogmata christi  
 Nec non sanctorum dicta notata patrum  
 Ingrato memorare bonū: exprobrare maligno:  
 Esse recensentis cum gravitate decens.  
 Postquā sedaram mihi quosdā extrema minātes:  
 Dum studeo innatam pellere barbariem:  
 Ecce rebellantes video: non herculis hydra  
 Tam dira in quenquā: nec truculenta fuit.  
 Huc heliconiadas nymphas: artesq; politas:  
 Duxi vix nostris cognita temporibus.  
 Tum nitidos hausit nostro de fonte liquores:  
 Et pepulit siccam maxima turba sitim.  
 Non auxi solum studijs: sed moribus aptis  
 Erudij iuuenes: erudijq; senes.  
 Demū si qua fides prestanda est vera fatenti:  
 Lumine priuatis: lumina prebuimus.

Liber

Istud idem latias scio me fecisse per vrbes:  
Non mihi sed summo gloria danda deo.  
Illic non habui stultas nec prelia rixas:  
Ipsa sua virtus egide tuta fuit.  
Testis erit: quantum sapientia regnet ibidem  
Petrus: vallassis ante ferendus auis.  
Quem non conspectu: cognoram nomine: dum ius  
Pontificum reserat doctor in vrbe senis.  
Hunc bulgarinus legum doctissimus auctor  
Laudat: fessineum dum venit ad studium.  
Paruus et in paruo cumulatus corpore quadrat:  
Seminaq; quo minor est: hoc preciosa magis.  
Non adeo paruus: nequeat mediocris haberi:  
Lorde giganteo grandior est animus:  
Testis item gonsaluis erit consultus ad vnguem  
Iuris: et expertus quidlibet ingenio  
Alciueda domus genuit: verum inclyta mores:  
Et varium sapere contulit italia.  
Cui totiens turbam deceptam vera monenti  
Obstitit indomita gens ea duricia.  
Quicumq; est sermo mihi: portugalia pro se  
Alurea (lecta quidem patria) gensq; legunt.  
Non eques ausonius siculus ve extollitur vllus:  
Non locus: aut vrbes: aut generosa domus.  
Si quis forte mihi non credat opuscula voluat:  
Lusimus externis qualiacunq; locis.  
Post habui patriam genitricem regis amore:  
His regnis dulces postposuiq; lares.  
Te quoq; postposui veneranda benonia regi:  
Parce mihi nutrix optima: parce precor.  
Nec patrie sit vile solum indignumq; putandum:  
Est quouis magno principe digna domus.  
Arte: viris: opibusq; potens et diuite campo:  
Bello fortis: equis insula sicilie.  
Auctores taceo: quos fecundissima tellus  
Omni virtutis edidit in genere.

Nec vox prima mihi patrie de laudibus erit:  
 Portugaliensi cetera scripta damus:  
 Nec quæquã verbo: nec re: vel murmure lesi:  
 Laudo bonos: rursus corripio reprobos.  
 Ergo res omnis prætermittamus ineptas:  
 Et fari de re nos grauiore iuuat.  
 Qui rapuit nostrũ quondam dulcedine pectus:  
 Illius in libro mentio nulla meo.  
 Parq; pari reddam: vite sic postulat ordo:  
 Immemor ille mei est: immemor ipse sui.  
 Cum primũ vidi effigiem vultumq; serenum:  
 Huic cingent: dixi: pilea rubra caput.  
 Aureus est totus: vel summo a vertice ad imũ:  
 Aurea verba refert: aurea cuncta facit.  
 Una tamen menda est fulgenti corpore: plumbo:  
 Admixtos tantum fertur habere pedes.  
 Non dicam nomen: per lucida signa patebit.  
 Appellant tali nomine: quale tuum.  
 Jam binas ternasq; dedi: non reddidit vnas.  
 Excusat varius perpetuusq; labor.  
 Esto: ita res habeat: saltem mihi nunciũ ore  
 Consuetum salue reddere debuerat.  
 Si quid inest recti turbato in pectore sensus:  
 Durare in longum nulla secunda puto.  
 Contra: non semper tempestas seuit in alto:  
 Instabilem voluit fors violenta rotam.  
 Qui maria et terras celi vertebat et orbes:  
 Ecce iacet: nullo vindice sub tumulo.  
 Isemus multi tetras nigrasq; sub vndas:  
 Isem ego: spes diui ni emanuelis erat.  
 Herculeos animo: sensu superasse catones  
 Tam iuuenem regem publica fama tonat.  
 Tam faciles mores nunquã mentemq; supernã:  
 Ad ille oratores concelebrazare queant.  
 Viribus: ingenio: doctrina: corde: fideq;  
 Quas habet: immensas (censeo) vincit opes.

Quinetiam casu foret omnis perdita virtus:  
 Comperta hoc vno fonte perenne foret.  
 Ledat alexander: concedat cesar: vtrunq;  
 Ex libris tantum nouimus: hunc oculis.  
 Quattuor excelsos vidi: regesq; potentes:  
 Quorum per mundum fama stupenda fuit.  
 Si tamen huic nostro opponas: fortasse nerones:  
 Augustumq; nouis legibus inuenies.  
 O rem mirandam celi: dignamq; vetustis  
 Poni codicibus: aureolisq; notis:  
 Ad oesticias inter luctus: tantosq; labores:  
 Consperi domino plaudere quenq; nouo.  
 Veste sub horrenda ridentia corda tenebat:  
 Fulgebat speculum cordis in ore sui  
 Est deus in terra: quanuis deus alter olympo est  
 Grande malum: terre non cecinisse deum  
 Adentiar an verum fatear: rogo perlege nomen  
 Nobiscum deus est nunciat emanuel.  
 Non hoc cesareas cantemus pectine dotes:  
 Ad aiestas maius tanta meretur opus.  
 Sed nostros casus: nostra infortunia amico  
 Quo pede pandamus cepimus eximio  
 Unde egressus eram redeo: et querimonia cepta est  
 Fortunam hec narrat pagina parua meam.  
 Natus adhuc quenam mereamur premia nescit:  
 Est puer atq; vtinam desinat esse puer.  
 Ipse quidem mecum puer est ad cetera canus.  
 Consilio pollet: pollet et ingenio.  
 O quotiens illum: quotiens a mille periculis  
 His humeris prensam fortiter eripui.  
 Querium testor: testor mundumq; deumq;  
 Et loca per que aditus sepe fuit geminis.  
 Qui preceptor eram: matris iam nomen habebam:  
 Et patris ah pudor est: dicere quanta tuli.  
 Ad eaq; etiam gessi medicum: pro frigore et imbre.  
 Proq; calore amite mouimus aspra sue.

Ille autē bona verba sagax de pectore promens:  
 Lenibat lesum corde dolente animum.  
 Surgā ego: tu mecū surges pater optime: quicquid  
 Fortune accedet hoc erit omne tuum.  
 Hic amor: hec pietas octo deduxit ad annos  
 Hanc spretam nullo munere caniciem.  
 Artes quas docui: taceo: moresq; viriles:  
 Alterius cum sit non memorare meum.  
 Iphylirides citius centum seruasset achilles:  
 Et totidem bacchos voce tremente sener:  
 Quam te seruassent tenerum ( mihi parce ) georgis:  
 Tantus erat motus continuusq; vigor.  
 Quin opus argus erat vigilantia lumina circum  
 Quaq; tenens: et adhuc vix satis is fuerat.  
 Siue pedes: seu vectus equo peragraret: obibam  
 Assiduus custos sollicitusq; latus.  
 Spiritus ardescens cunctas feruebat in horas:  
 Uno nec poterat igneus esse loco.  
 Non vite timidus tantum sua lumina seruat:  
 Quam mihi de domino sedula cura meo.  
 Singula non refero: si singula queq; referrem:  
 Masonis nostrum grandius esset opus.  
 Deniq; tantus amor fuit: atq; ea cura regendi.  
 Ipsius efficerer immemor ipse mei.  
 Ad portum tandem libyce asperitatis alumnū  
 Perduri: quenam premia digna dabit?  
 Scilicet abiecto ferri patietur a fello:  
 Adeq; diu rabida forte perire fame.  
 Scilicet in stabulo tacitum dormire magistrum  
 Exultans risu leticiaq; sinet.  
 Vel mihi continget senece quod contigit vni:  
 A stolido in munus fata nerone tulit.  
 Adagnas querit opes: multū valet ardua virtus:  
 At minimum poterit: si sibi desit honor.  
 Mei mihi iam pridem q; littus arauimus et q;  
 Jam mea sunt bibulo semina iacta solo

Et deus huic parcat: genitoris parcat et vmbra:  
 Non odisse queo: quos semel excolui.  
 Tempore multorum hoc satis est dixisse laborum  
 Nullum me preter se tenuisse virum.  
 Vbi per patrem splendebat copia rerum  
 Innumerabilium turba secuta hominum.  
 Interdum nostre stetit hec sententia mentis:  
 Adutare in prauum mitius ingenium.  
 Et buscajni personam effingere duri:  
 Vertereque in satyram que bonus edideram.  
 Et faciam: nisi quis bilem reuocarit et iram:  
 Tota quibus flammis interiora tument  
 Nec tantum tranquilla tenent mea pectora mellis:  
 Viperei quantum turbida fellis habent.  
 Conditio infoelix: ac vita miserrima vatum est:  
 Adherentes sua flent: leti aliena canunt.  
 Hospitium montis maioris tale dederunt:  
 Quo nullum muse pertimere magis.  
 Non ferrator erat solum: ferrarius idem  
 Hospes robusto corpore et arte ferox.  
 Ignitum ferrum: dum crebro malleat ictus:  
 Bene mihi emisso malleat ere caput.  
 Et cum fecissem verbum dominoque querelam:  
 Ille suo inuertit seria more iocos.  
 Pro lecto iam vile solum nudumque probavi:  
 Tris noctes potui: non tamen ulterius.  
 Cogor ab hac exire domo: puerosque canesque  
 Adduxi comites per loca cuncta meos.  
 Et quando inuenio lepores vulpesque lupinas  
 Insequor: et strictas sentit asellus apes.  
 Post redeo ad pennas: aquile quas addere nostre  
 Aitor: vt integris viribus alta volet.  
 Cornigero fauno similis: similisque tremendo  
 Effigie: dispar corpore phorciade.  
 Talis vita mihi: donec fortuna quietem  
 Afferat: aut virtus emanuelis agat.

Interea vale incolumis felixq; iohannes:  
Qui merito ex diuis nomen vtrūq; tenes.  
Cum rege in nostris (vt spero) legere libellis.  
Ipse me non paucis inuidiosus eris.  
Nunc sterilis sulci: et macri sum cultor agelli:  
Vix tenuem prebent arida prata cibum:  
Quem fortuna rotis sublimem deprimit altis:  
Hunc eadem rursus tollere in astra valet.  
Quod mihi si posthac veniat felicius eum:  
Teq; tuba eterna vel tua facta canam.  
Leta erit illa dies: letis prelata diebus:  
Letior illa mihi qualibet hora die:  
Qua te iam presente fruar: lepidaq; loquela:  
O mihi plus oculis semper amate meis.  
Tu vere es sapiens: es tu cantatus apollo:  
Transcendis celsis sidera verticibus.  
Virtutem ceruice geris sublimis amicam:  
Hostem marmoreo calce premis vitium.  
In te animū: in te mentem: in te precordia fixi:  
Quid dicam? nostre es altera pars anime.  
O me infelicem: cur a te distrahor? hoc est  
Sepe quod in tecto moesta canebat auis.  
Lū decus: ornamentum: et gloria nostra supersis:  
Eia age sis vite duxq; comesq; mee.  
Nos tamē equo animo casus toleramus acerbos:  
Et patimur fortes hanc ferimusq; vicem  
Deniq; crudeles truncent ni stamina parce:  
Inijciantq; auidas ni mihi fata manus:  
Ingrata minime me rusticitate notabis.  
Quā soleas melior credere seruus ero.  
Tunc ego neglecti sedabo murmura vulgi:  
Liuor et in stygias mortuus ibit aquas.  
Si mihi mecoenas fueris (presentia quiuis  
Imploret vates numina) flaccus ero.

## Responsum

**C** Ipsiusmet cataldi respon-  
sum eiusdem iohannis emanu-  
elis nomine.

**M**olesticia plenum legi cultumq; libellum:  
Nec mea dum legerem mens satiata fuit.  
Quin pene ad lachrymas fletuq; coegit ad imū:  
Tantus erat moeror: tanta querela tuus.  
Nec tua (parce mihi) querimonia iusta videtur:  
Quauis iure suo iusta vocanda venit.  
Qui sapis antiquam canescentemq; sophiam:  
Concussum nullis motibus ire decet.  
Inter tot curas et tanta negocia regis:  
Non possum charte parcere: nec calamo.  
Ad rem non ficto versu nunc pauca notabo:  
Impedit internus nam tua corda dolor.  
Quid quereris catalde vicem sortemq; malorum?  
Fac valeat praua vis tua sorte magis  
Nam decet aduersis sapientem tristiter angere:  
Armatum misere suppliciterq; loqui.  
Ecquid aristotelis quidnam preclara platonis  
Scripta: tot autores quid didicisse iuuat?  
Quid pater eloquij quidnam tibi profuit: et quid  
Pierio infantem fonte bibisse iuuat?  
Heu heu debilitas animi conflictata labantis.  
Qui modo fortis eras: tam cito mollis ades.  
Semper ego te fortem constanti corde putavi  
Fortune aduersus tela minasq; trucis.  
Si coelum in terram rueret: si ad sidera tellus  
Fret: et hinc mutent cuncta elementa situm:  
Non animo inuicto sapiens adamante mouetur.  
Queso animi motus comprime queso tui.  
Qui nimium latrat: domino cedente: molossus:  
Quiq; data iratus verbera ferre nequit:  
Non ne odiosus hero: et fastidia gignet alenti?  
Et stomachum faciet: qui modo charus erat?

Adoeres: perdidit dominū regemq; fauentē:  
 In quo pendeat spes tua: vita: salus:  
 Non est quod doleas: nō est quod pectora tundas:  
 Quod natura dedit ille peregit iter.  
 Inq; locum illius successit maximus heres:  
 Cui tua: plus alijs: docta camoena placet.  
 Et placet: et claro tribuet maiora poete  
 Pluraq;: quā populis publica fama canat.  
 An doleas: quod natus adhuc tua premia nescit:  
 Sit puer: et timeas desinat esse puer.  
 Est etate puer: senior maturus ad artes:  
 Has quibus ingenuū sit caruisse nefas.  
 Et cito cognoscet quantum tua strenua virtus  
 Postulet: ac digno munera digna dabit.  
 Quod male te herodes tractarit quodq; pilatus  
 Nil mirum: officio est functus vterq; suo.  
 Omnibus id faciunt nullo discrimine: fallunt  
 Damnant et nocuos innocuosq; premunt.  
 Ante redemptori fecisse opprobria nostro  
 Testibus innumeris littera sacra docet.  
 Sed magis admiros carillū: quippe probatum  
 Nec non vrbani credimus esse virum.  
 Et lupus almede vir prudentissimus illi  
 Litterulas blandas misit amore tui.  
 Hic inquam: cui tota domus sit regia cure:  
 Tota facultatis regia et aurifere.  
 Alter atlantiades amphion creditur alter  
 Et linus ad resonam concinuisse lyram.  
 Ultra non potuit fortasse extendere vires:  
 Adorq; satisfaciet: si qua daturus erat.  
 Quiq; tuum rapuit quondā dulcedine pectus:  
 Hunc ipsum sensi cor rapuisse meum.  
 Et sensi et tacui: raptoq; quieuius illo:  
 Possidet: et domino restituisse negat.  
 Non egre catalde feras: hac vtitur arte  
 Callidus in quos vis raptor apollineos.

## Responsum

Quatenus ex auro totum depingis eundem  
Plumbatos tantum questus habere pedes:  
Id plumbum nostro sensu prestantius auro est:  
Qua sine nil totum particula niteat.  
Cumq; opus est: idem volucris velocius euro:  
Optima queq; gerit: optima queq; iubet.  
Donec erit tellus: donec mare flumina current:  
Lustrabit donec phoebus vtrinq; domum:  
Siue erit ille pater sanctissimus: orbe quieto:  
Seu cinget meritum rubra tiara caput:  
Te preceptorem seruabit corde sub imo:  
Immemor accepti non tamen officij.  
Si fortuna bonos cursus inuertit iniquos:  
Que iocunda semel risit: acerba furit:  
Desine mirari: sumus hac nos lege creati:  
Fors nunc leta leuet: nunc inimica grauet.  
Aspice tassinum: qui tris errauit in annos:  
Et tamen aduersis pectore fortis erat.  
Dux quoq; dulchius quesita per atria quodam  
Adendicasse graui dicitur arte cibum.  
Ibi duo mutata tenuerunt sorte priorem  
Fortuna inuita non sine laude locum.  
Sic tibi si qua pati contingit dura maligno  
Sidere: fulgebit postmodo leta dies.  
Parthenope magni: magni te fessina fecit:  
Adagnifica nunquam defuit vrbe locus:  
Si fors externum paulo infelicius vrget:  
Cum non prestetur: quod mereare: decus  
Non tamen ista diu patiere incommoda: virtus  
Tempore non longo tanta iacere potest.  
Sis licet incomptus barbam tonsusq; capillum:  
Non tamen est animi vis renuenda tui.  
Et falsa oppressus sis paupertate: nequimus  
Etheree caras temnere mentis opes.  
Nil facit ornatos homines: nisi prouida virtus:  
Et morum probitas: et decus ingenij.

An ne doles: si quis codrus tua flumina turbet:  
 Jam censente meo cesare clara fluunt.  
 Adde q̄ alphonsi defles miserabile fatum:  
 Laus erit insignis et memorandus honor.  
 Cedro o lauro dignum: latoq; theatro  
 Coeptum opus: ad calcem ducere fata sinant.  
 Inuidus ob tantum compluraq; scripta tacebit:  
 Nisi penitus stulto stultior esse velit.  
 Tuq; boni quantum nostris impenderis: omnes  
 Scimus: et externis non minus ista patent.  
 Atq; cupidineos taceo querulosq; libellos:  
 Te quibus ad mortem seua sagitta ferit.  
 Quid: quod amicorum numerus non desit honestus:  
 Quo nihil in terris sanctius esse reor.  
 At mittam reliquos de stirpe georgius ortus  
 Adnesia: Damon non ne in amicitia:  
 Qui licet amisso ploravit rege: quiescit  
 Et dominum in primis gaudet habere novum.  
 Jam posuit moestas moesto de pectore curas:  
 Totum delicijs leticiaq; replet.  
 Nec non ficerius celesti lapsus ab aura  
 De stygio poterit te reuocare lacu.  
 Qui peragit mihi quodcumq; emisit ore  
 Nec nisi magna refert: nec nisi sancta monet  
 Adultum pauca loquens: aliena libentius audit.  
 Tantum socratice pectore frugis habet.  
 Comis ut effigiem: sua sic precordia prebet.  
 Candidus exterius: candidus interius.  
 Ad nos si venies: tanti solamen amici:  
 Et tibi curarum grande levamen erunt.  
 Viue igitur letus: vanamq; ex ore querelam  
 Et vanum pavidum corde repelle merum.  
 Admuraq; abiecti nihilum ledentia vulgi  
 Neglige: iudicio non satis equa tuo  
 Dummodo te laudet qui non liuore tumescit:  
 Qui sacra castalijs tempora mersit aquis:

## Elegiarum

Dummodo in hesperijs primus celebrere poeta:  
Et dum viuendum carmine primus eas:  
Dumqz meo regi placeat tua maxima virtus:  
Impugnet laudes ille vel ille tuas.  
Deniqz si qua tuum non belua dissipet agrum:  
Nec mala que spargis semina carpat auis:  
O quales poteris: quales producere fruges:  
Qualia et o letus arboze poma leges.  
Non ego mecoenas: nec ero tibi pollio: amicus  
Integer: aut veluti filius vnus ero.

**C** Elegia: que tullia inscribitur: in  
qua de amice fuga conqueritur.

**N**on sic iasidos lento flagrauit amore:  
Saucius ileo vulnere minalion:  
Nec tua tam pressit te lesbia cara catulle:  
Nec te quem cepit cynthia luminibus:  
Quam male ob amissam cruciat me cura puellam.  
Iheu erit illa mee maxima causa necis.  
En quid aget: qua ve arte dabit sua carbasa vento:  
Fluctuat ignotis ancoza littozibus.  
Quisquis habet nostram dño nec reddit amicã:  
Ihic precor irati sentiat arma iouis.  
Sis vbicunqz libet nostre spes tullia vite:  
Ad dominum (quãuis lenta) reuerte tuum.  
Verbula dic vbi nunc: roseis que ficta labellis  
Factabas: nostri prima fauilla mali:  
Peffida dic vbi nunc false periuria lingue:  
Et quibus angebar dic vbi lachrymule:  
Quodqz tibi multũ placuissem in amore: negabas  
Velle mihi magnum preposuisse iouem.  
Et te (nam memini) quondã presente solebam  
Ad citharam placidis hec cecinisse sonis.  
Non inuat aureolos gemis ornare capillos:  
Te neqz vt ex humeris splendida palla tegat.

Illa nec a collo preciosa monilia fulgent:  
 Contenta omnifere dote parentis ades.  
 Arridens nitidos quotiens deflectis ocellos:  
 Illa dies leta est: illa serena dies.  
 Miseris: arridet tellus: et quam pede calcas  
 Sponte sua vario flore nitescit humus.  
 Quod si quam terris credamus adesse deorum:  
 Tullia sola dea es: tullia sola dea es.  
 His tamen e nobis multo maiora tulisti:  
 Ultra massagetas que leuis aura tulit.  
 Est locus arboribus densus: soliq; negatus:  
 Tuta domus multis qui solet esse feris.  
 Hinc tibi qua fieret monstrabam preda ferarum:  
 Qua ve foret frendens percutiendus aper.  
 Unde vel annosus soleat descendere ceruus:  
 Assuetus quo sit currere colle lepus.  
 Ibas interdum per prata virentia mecum  
 Tendere frondosis retia verticibus:  
 Et tam aderas velox: quod tecum currere nusquam  
 Certasset solidis hippodamia rotis.  
 O me felicem clamabas: forte videres  
 Captiuas tensis retibus esse feras.  
 At cecidisse feros in retia videris visos:  
 Horridula solitam voce reposcis opem.  
 Nunc iuuat et nemorum te te immiscere puellis:  
 Quis facit annexas longa chorea manus.  
 Nunc vngue et placidos tenero decerpere flores:  
 Omnes quo veneris munere templa dee.  
 Et semel ad riuum fessi cum venimus ambo:  
 Dulciter et palmis haurit vterq; suis:  
 Ante refers properabis aquis o riuule versis  
 Quam cadat e nostro pectore parisius.  
 Lusit vterq; pari ludo: carpsitq; vicissim  
 Dulcia cum caris oscula colloquijs.  
 Cumq; leui maculasset aper mihi vulnere dextram  
 Ingemis: ac summis vocibus astra feris.

## Elegiarum

Tunc ego turgidulos tergendos flentis ocellos:  
Clamabam lachrymis fac moderere tuis.  
Atque ubi dixissem ornata procede figura:  
Adius ut ex ipsa splendeat arte decus:  
Ista colant alie subridens molle puella  
Inquis: et o quantum fluxit ab ore faui.  
Candidulum tangens pectus tenerasque papillas:  
Dicebam: sunt hec inuidiosa deis  
Lactea connectens nostris tua colla lacertis:  
Signabam minimis pulchra labella notis.  
Adultaque ludentes comisimus apta iuvenes:  
Qualia contendas esse petenda ioui.  
O quotiens blandis cogebar credere verbis:  
Fallaci o quotiens credulus arte fui:  
Nam quondam ut nostro sensisti in pectore febrem  
Te nimium supplex ad pia vota paras.  
En tibi (falsus erat) cecidit tuus inquit amator  
Nuncius: estque avidis preda relicta feris:  
Hinc niuee rubuere gene rigido ungue rescisse:  
Quale per argentum consita coralia  
Omnia fingebas: ac fidum fallere amantem  
Sedula: sic scelerum foemina nouit iter.  
Non elego posthac dentes depingere eburnos:  
Nec decus audebo tollere ad astra tuum.  
Ad repete: et nostro viues celeberrima versu:  
Viuat ut eternis cynthia carminibus.  
Si minus: armatos in te stringemus iambos:  
Fabulaque hinc vulgi nota loquacis eris  
Scribere maiorum vellem variosque tumultus:  
Infractasque acies horribilesque tubas:  
Regis ut hispani labantur tempora: et astrum:  
Armaque: ut ex omni parte supernus eat:  
Nisi nostras deflere vices iustasque querelas  
Logerer: et prauas labe notare fugas.  
Non premit arcto phylax: nec me premit ipse bootes:  
Non indignati fulmina seua patris.

Unde nives boreas: damnosus perferat imbres  
Zluster: et vnde leues flare solent zephyri:  
Quid ve cauernosa pertractet mulcifer etna:  
Quas vmbrae calidis eacus vrat aquis:  
Nec iuuat aut quot sint finiti secula mundi  
Nosse: aut signiferi corpora zodiaci:  
Sed libeat tantū cum nostra ludere amica:  
Ludere: et ad primam vertere amicitiam.  
Non sic agna lupum fugit accipitrē ve columba  
Effugit vt vultus nostra puella meos.  
Ut cito ventorum languescunt lilia flatu:  
Sic tua sordescat forma superba precor.  
Istaq; deformem facies vertatur in arcton.  
Audiat has vtinam iusta diana preces.  
O mihi dilecti nimium nimiumq; sodales  
Foemineas moneo temnite blandicias.  
Ne vos decipiant vestro pendentia collo  
Brachia: nec blandis oscula mixta sonis.  
Nec si iurabunt per numina virginis alme:  
Credite: nec veri per sacra templa dei.  
Vel ne decipiant aurum vestesq; nitentes:  
Veste sub aurata sordida multa latent.  
En redijt primos ad cursus herculis astrum:  
Non modo luna suum ter quater egit iter:  
Viuerē quo caris et amatis tullia moechis  
Coepit: et huc illuc noster aberrat amor.  
Dumq; per externos foedatur adultera lectos:  
Etneas viduo datq; rapitq; faces.  
Ut licet herculeas venias fugitiua columnas:  
Phoebus et vnde suos currere cogit equos:  
Te sequar hyberno miseram velocior euro:  
Capta dabis vinctas post tua terga manus  
Vir folia auctumnus tot habet: vir ripa lapillos:  
( Poeniteat ni me ) verbera quanta feres.  
Ferte dee clamabis opem: succurrite nymphe.  
Ad miseram: a domino torqueo: ipsa meo.

## Elegiarum

Saxa: nemusq; tuo resonabunt vndiq; luctu:  
Echo promittet: vana negabit opem.  
Ah quanto melius poscenti sponte redires:  
Quam tua sic cedi membra tenella sinas.  
Durior esto fores natiuo marmore: non ne  
Flecteris precibus: tot lachrymisq; meis?  
Traiciam tandem me cultro: triste cadaver  
Logeris sparsas flere soluta comas.  
Ferre tam non es: nec tam fera: quin pia flendo  
In mea lachrymulam spargere busta velis.  
An ne times fortasse minas: rigidumq; flagellū?  
Lassa q; ad tantum non iuuat vlla scelus?  
Per phoebumq; iouemq; ac cetera numina iuro  
Tullia: me repetens nil patiēre mali.  
Immo dabo amplexus: centenaq; basia strictim.  
Inobiscum solito dulcior ibit amor.  
Felix hippolytus: nocuos euaserit arcus:  
Inuictus steterit turpibus illecebris.  
O felix siculus: nulli qui seruus amice:  
Seua pharetrati spreuerit arma dei.  
Sanguinolenta feri solers per pascua martis  
Duxit equum: patrij pinguis & arua soli.  
Nec minus aurelius ferrandum carmine regem:  
Alc mecoenatem scripsit: et eius auos.  
Quamdiu harenosas labetur rhenus in vndas:  
Lenis et assiduis ripa madebit aquis:  
Tandiu vtriq; viro stabit celeberrima virtus:  
Famaq;: quas nunquā destruet vlla dies.  
Horum stultus ego prestat vestigia secter:  
Quam meretricum sic iurgia mille pati.  
Deu miser est: si quis sequitur tua castra cupido:  
Cui mala pro domina plurima ferre licet.  
Bessario quotiens exclusus solue columba:  
Solue fores dicit: pande columba fores.  
Flectere qui verbis sarum: qui carmine ferrum:  
Quiq; sua poterat flectere cuncta lyra:

Anius potuit vix corda domare puellae?  
Foemineum variat tantum in amore genus.  
Nocte gelu siccum: vrentes sub sole calores:  
Sepe sitim longam ferre coactus erat.  
O quotiens voluit cecas restinguere flammās:  
Igne sed ardenti seuior arsit amor.  
Dum prece dum cantu timidā lenibat amicam:  
In nihilum iuuenis pene solutus erat.  
Dura infelices que non patiuntur amantes?  
Sepe sibi crudam non timuere necem.  
Forsitan hunc nostrum quisq; contemnet amorem:  
Et dicet ficto nos in amore queri:  
Dij faciant illum similes sentire furores:  
Nec sit qui flenti prebeat vllus opem.  
Quinetiam victus tremulo mihi clamitet ore.  
Idei mihi parisi verus amator eras.  
Quomodo nūc referā scelerata aufugit: vt exin  
Nota sit eois: nota sit hesperijs.  
Forte quiescebam molli cū virgine lecto:  
Ipse graui: illa nihil pressa sopore iacet.  
Nox erat: et terris animalia cuncta silebant:  
Ecce nimis tristi voce queruntur aues.  
Excitor: et clamans heus tullia: concido lecto:  
Curro: sed illa vt auis visa volare mihi est.  
Ingemo: nō paruis hululās clamoribus heu heu:  
Ade miserum quid agam: me miserū quid agā?  
Inde mihi infelix ex illo tempore vita  
Ducitur: ac omni tempore talis erit:  
Nisi mihi ab insanis reddatur tullia moechis:  
Tullia: que vite causa necisq; mee.  
Ergo quisquis habes nostrā retinesq; puellam  
Aut redde: aut tecum prelia dura geram.  
Prelia dura gerā: rabidos vomiturus iambo:  
Adortiferi et quantum pectora fellis habent.

## Elegiarum

**E**legia ad iuuenes: quo pacto  
rapta sibi anima: cogatur imp  
fecto regis opere deserta adire.

**S** qua sit in terris pietas audite querelas:  
Audite o iuuenes hec mea damna ꝑcor.  
Quis tam durus erit: nostros si viderit artus:  
Qui queat a fletu continuisse pio?  
An harum si possent tantos sentire dolores:  
Deflerent: quanuis fors sua flere neget.  
Vel me si videat: que tot modo vulnera fecit:  
Vei mihi clamaret cur ego lenta fui?  
Vei mihi si poteram siculum seruasse poetam:  
Et poteram tantum si vetuisse nefas:  
Cur sic stulta meas clausi tot vocibus aures?  
Debueram vatis mitior esse sonis.  
Sed iam flebilibus numeris mala nostra canam:  
Ut meus hic casus notior esse queat.  
Et quo prima meos rapuisset tullia sensus:  
Torsissetq; feras in mea corda faces:  
Jam statui nunq; fallaces querere amicas.  
Siue diana foret: seu foret illa venus.  
Tum magis hoc statui: nulli seruire puelle:  
Cum fuit ausa meos destituisse toros.  
Scilicet agnoram curas expertus amoris.  
Vanius esse nihil: peius amore nihil.  
Nullus erat iuuenum: qui me felicio iret.  
Nec qui me fastu vinceret: alter erat:  
Tum: quia non poteram vanis recalescere curis:  
Jam fortunatos inter habendus eram.  
Et residem mentisq; inopem vocitare solebam:  
Forte puellarum si quis amator erat.  
Non nisi prestantes gaudebã incubere ad artes:  
Non nisi calliopes me retinebat amor.  
Quinetiam sacras nitebar discere leges:  
Efficerem cari iussa relicta patris.

Unaq3 plus alijs vrgens me cura premebat  
 Inceptum regis magna domantis opus.  
 Jocundus dulces inter versabar amicos.  
 Ductabant medio turba benigna foro.  
 Tunc ego liber eram: & nulli subiectus amori:  
 Jam poteram alati spernere tela dei.  
 Sed mihi libertas non hec duravit ad annū:  
 Seu mala fors: seu sic iusserit ipse deus.  
 Alcius exarsit grauioraq3 spicula iecit:  
 Lesit et insolito vulnere pectus amor  
 Tempus erat: quo vana licet lasciuq3 fari:  
 Saltat et ad placidos foemina virq3 sonos:  
 Cum presente viro mutatum ridet amātem  
 Liberaq3 intendit queq3 puella iocis:  
 Laruatus cum quisq3 puer iuuenisq3 licenter  
 Bestit: et in ludis fessina tota manet:  
 Tunc: dum plaudentem solus spatiabar ob vrbē:  
 Intentus nugis carminibusq3 meis:  
 Vidi: quam cuperem nunq3 vidisse puellam:  
 Ante suas stabat deliciosa fores.  
 Leta vago informes spectabat lumine vultus:  
 Et personatos mollius ire viros.  
 Dextra blanda venus: sed leua parte cupido  
 Stabat: et armatus letifer arcus erat.  
 Et cui tum tacitus dixi: insidiantur amanti:  
 Infelix aliquis noxius ista feret.  
 Stultus ego haud noui: fraudes mihi ab hoste parari:  
 Ecquis non cecus re solet esse sua?  
 Dum propius tendo: et propero trāsire periculum  
 ( Non etenim tutus sat mihi visus eram )  
 Nato mater ait iuuenis contēptor amorum  
 Nostrarumq3 facum maximus iste fuit.  
 Qui: dum gesta canit versu natiq3 patrisq3  
 Imperio nostro dupplice parte nocet:  
 Euehit in celum quos non placauimus hostes:  
 Res quibus alta placet: nulla iocosa placet.

Elegiarum

Per quos nec carpunt: nec tentant dulcia poeni  
Carpere: in externum preda redacta iugum:  
Et dum se tantis miscere laboribus audet:  
Nulla audendo meo semina spargit agro:  
Traiice non dubia venientis corda sagitta:  
Saucius exemplum bella canentis eat.  
Illa deos inter: varijs circumdata flammis:  
Quam tamen addubites num venus ipsa foret.  
Atq; verecundos in me coniecit ocellos:  
Et nitidum roseo fudit ab ore decus:  
Haud mora contentum neruo violentius arcum  
Larat: et in pectus tela refixit amor.  
Addit et hec leso subridens verba cupido:  
Inunc: et nostras temne poeta faces.  
Nulla superbe tibi poterunt hoc demere vulnus  
Carmina: nec resonis scripta soluta modis  
Errabis posthac totam male saucius urbem:  
Optatamq; tibi quisq; negabit opem.  
Non medica magica ve miser sanaberis arte.  
Eluferet hec tantum sola puella malum.  
At leuis incauta traiectus arundine cervus  
Errat: et huc illuc per nemora atra fugit.  
Dum furit infixum lateri depellere ferrum:  
Concidit a longo tramite victus humi:  
Sic ego ab insidijs ceci concussus amoris:  
Conabar frustra ponere tela dei.  
Tandem luce illa totam peragrauimus urbem:  
Dum me conuictum reddidit ille furor.  
Inde iugum grauius voluit me ferre cupido:  
Iussit et vt raperet visa puella animam.  
Altera lux aderat: domineq; ad limina curro:  
Tradere quam poterat si voluisset opem:  
Ecce decens auro gemmisq; ornata capillos:  
Ad templum lentis passibus illa venit.  
At vidi: tremuere animi: riguereq; crines:  
Sisto gradus: donec preterit illa: meos.

Magnifica incedit: famulis comitata duabus:  
Queq; iter ostendat: preuia pergit anus.  
Transit et hanc sequimur venientem segnius: ac si  
Tardaret nostros lenta podagra pedes.  
Intrat: et vt pario lympham de fonte capessit:  
Ter vultum sacra pollice signat aqua.  
Accedit propius: supplex procumbit ad aram:  
Atq; preces tacito fundit ab ore ioui.  
Sedulius interea veneranda veste sacerdos  
Aduenit: et sancto murmure sacra facit.  
Ad contra appono: nihilum iouis ara mouebat:  
Tantum ad fulgentis conijcio ora decus.  
Illa parum limos oculos mihi conscia vertit:  
Et spem sanandi vulnus honesta dedit.  
Idq; quater sacro prudentes egimus illo:  
Iheu fuit hec nostri flamma secunda mali.  
Ista quidem in templo totiens repetita voluptas  
Exitit: egressis altera maior erat.  
Quando salutabam veniens prope limina stantem:  
Lauta inclinato vertice signa dabat.  
Tum me non falsa clamabam voce beatum:  
Credebam votis consuluisse meis.  
Verum supremos cum me differret ad actus  
Angebar varijs sollicitudinibus.  
Plurima pretereo fragilis solatia vite:  
Qualia tentando prima iuuenta capit.  
Virimus hoc fato non paucis mensibus ambo.  
Nec valuit quisquam ponere dissidium.  
Sed fortuna bonis: et magnis inuida rebus:  
Noluit vltorius gaudia tanta pati.  
En vetat ad templum dominam: vetat ire per urbem  
Custos non vlla conciliandus ope.  
Dij facerent: nunquam foret hec mihi cognita virgo  
Adens misero hereret: que male rapta fuit.  
Pingere non ausim que sit prestantia forme.  
Nec quantis animi dotibus emineat.

## Elegiarum

Hoc vnum dicam: claro generata parente  
Ducit ab antiquis patribus illa genus.  
O quotiens dictis carpebam durus amantes:  
Nunc velut etneis ignibus excrutior.  
Et sine mente fero: cogorq; insanus adorsum  
Portugalis linquere regis opus.  
Siquis erit vatum: qui sit mihi carus amicus  
Adunus idem merita compleat arte precor.  
Materies est illa graui cantanda cothurno:  
Clarus erit quisquis sumpserit illud onus:  
Vnde: q; auctori rex inuictissimus vltro  
Prebebit larga splendida dona manu.  
Ast ego desperans animam reparare reuulsam:  
Contentus vacuum perdere corpus ero.  
Hac igitur statuo subitus decedere terra:  
Et tenebrosa feros pergere ad antra locos.  
Illic vmbrose fiam bonus incola silue:  
Donec erit requies ossibus vlla meis.  
Donec squalenti cedat de corpore flatus:  
Qui superest: minimū quem superesse reor.  
Ferrandus quotiens anime pars altera nostre:  
Insanas dixit sperne catalde faces.  
Sperne cupidineos arcus seuq; pharetram:  
Damna feres tantum: nil ab amore boni.  
Huic ego respondi nequeo me soluere vinculis:  
Quod mea durus amor sub pede colla premit.  
Atq; valentinus facunda voce monebat:  
Desine parisi: desine amare precor.  
Quid tibi vis: fies (mihi crede) insanus: et ibis:  
Nec venies ipsa sanus ab anticyra.  
Diuide mi qd amas: partemq; impende dolorum:  
Qdq; onus exhibeas pectore ferre nequis.  
Diuisus minor est diuisus lentius ardet.  
Ignis: et effusus lenius vrit amor.  
Non locus est dixi nugis: hunc tolle furorem:  
Si constas nostre fidus amicitie.

Ille iocabatur: mecumq; ardoze premebar:  
Plus solito infensus exagitabat amor:  
Deniq; post vanosq; iocos dulcesq; lepores:  
Cervicem quatiens hec mihi verba tulit.  
Non te curaret proprijs epidaurijs herbis:  
Nec medice primus qui fuit auctor opis.  
Adde quoq; consitus monuit notissimus omni  
Hesperia: genuit terra sicana virum:  
Hic inquam: cui iure locum barbatia liquit:  
Ingenio tantum consilioq; valet.  
Istud idem multos fecisse fatemur amicos:  
Flectere tantorum nec valere preces.  
Jamq; aliquis dicet si mens a corpore rapta est:  
Unde hec tam promptus carmina culta facis?  
Numen inest nobis magniq; potentia phoebi  
Inspirat moestis hec referenda modis.  
Manq; sui vatis casum miseratus iniquum:  
Hoc mala defleri carmine fata iubet.  
Quid ve fatigantis referam crudelia noctis  
Tempora: post primam me grauis hora vocat.  
Sternimur et fractos lecto demittimus artus:  
Adq; soporari non sinit vlla quies.  
Tertia nam redijt: nec adhuc dormiuimus hora.  
Enumero quartam: nec mihi somnus adest:  
In quinta tandem spero requiescere lassus.  
Nec rigat in quinta perdita membra sopor.  
Logimur hoc pacto totam percurrere noctem:  
Dum spectata dies in mea damna venit.  
At primum cessit croceis auroza capillis:  
In curru niueis solq; refulsit equis:  
Surgimus e madido lachrymis ⁊ sanguine lecto  
Vesteq; lugubri corpus inane tego.  
Egrediorq; foras: ⁊ totam concitus urbem  
Peruagor: estiuum nec mihi tempus obest.  
Miratur iuuenum: miratur turba viroꝝ.  
Unde meo languet mortuus ore color.

## Elegiarum

Si quid habes rogat: nullū queo promere verbū  
At pudor et domine dicere fama vetat.  
Pro me nil timeo: cum nil deperdere possim:  
Omnia: que poteram perdere: cepit amor.  
Non mihi diuitias: nec gēmas opto: nec aurum:  
Nec peto magnorum tecta superba ducum.  
E media tantū cupio discedere vita:  
Nam mea stat vetita clausa puella domo.  
In me ferte faces: in me constringite ferrum:  
Stringite telorum quicquid obesse potest.  
Hoc facite vt citius tenues dissoluatur in auras:  
Quam sit ab assiduis vita agitata malis.  
Hocq; bonum facite o vates cari q; sodales:  
Si vos cura mali commouet vlla mei.  
Clara solet multis prestare bononia sensus:  
At mihi surripuit insidiosa meos.  
Hec studijs armisq; potens et diuite campo  
Constat: et excellens vnica nomen habet.  
Hec pia solenni complures munere donat:  
At tamen amentem reddidit et stolidum.  
Jam non grata ceres: iam non sapit ipse lyeus:  
Hoc domine aspectus corpus inane fouet.  
Nam quamuis raro contingat posse videre:  
At tamen id multum raro videre iuuat.  
Vidimus ardentem positus ex ordine lignis:  
Et pene extintum leniter esse focum.  
Hunc tamen admotum fomentum suscitatur ignē:  
Flammaq; dat vires quas ve tenebat habet.  
Sic ego: quādo datur domine vidisse figuram:  
Excitor: et viuo qui modo nullus eram.  
Propterea postquā fuero digressus ab vrbe:  
Tristis ad incultos deueniamq; locos.  
Non hic spiritulus iocundas imbibet auras:  
Aspectu domine si caret ipse sue.  
Illico preda canum potero: vel preda luporum:  
Vel potero volucrum sordidus esse cibus.

Si nihil istorum laniatum forte veniret:  
 Jam siccū assiduo sole cadauer erit.  
 Tum facile arripient furioso turbine venti:  
 Neqz ferent longa diminuentqz via.  
 Hec vbi peruenient ad amicam nuncia nostrā:  
 Ingemet: et facti poenituisse volet.  
 Ingemet: z frustra cupiet reuocare qđ actū est:  
 Nil medicum exacto funere adire iuuat.  
 O quotiens rigido vngue comas lacerabit z ora:  
 Sic licet et saxo durior et chalybe.  
 Et lusitanus casu rex corde dolebit:  
 Una mali tanti qui mihi causa fuit.  
 Dum superest igitur flatus: viteqz fauilla:  
 Hec francisce volo sit tibi cura mei.  
 Arboris in tenero mādamus cortice lauri:  
 Hec sint funestis carmina sculpta notis.  
 Infelix habuit fatum miserabile vates:  
 Sustulit aura leuis corpus: amica animam.

**C** Elegia: que caterina inscribitur  
 in qua de cupidine conquerit:  
 et qđ datam bis fruendi occasio  
 nē sua culpa amiserit.



**Q**uid me seue puer: nūqz satiate fatigas:  
 Quid fera cum sicco sanguine bella geris.  
 Ecce recrudescunt mea vulnera: nulla putavi  
 Zela mihi antiquis horridiora iaci.  
 Defleui iuuenis querulo te tullia versu:  
 Defleui faculas pantefilea tuas.  
 Hicqz fuit tectum ferientis nomen amice:  
 Ne foret expresso nomine lesus amor.  
 Nunc quia tranquillo nauis cōmittitur alto:  
 Pandantur proprijs omnia nominibus.  
 En me lustra nouem pharetratus tūbat agentē:  
 Quid tibi iam gelido cum sene cece puer.

## Elegiarum

Cecus es: et merito cecum pinxere vetusti:  
 Adhuc cares: nedum lumine corporeo.  
 Non hec apta tuis etas: nec digna sagittis:  
 Nulla tibi laus hoc vulnere nullus honor.  
 Percute lasciuos pueros iuuenesq; calentis:  
 Adhuc pigros cursu quo decet ire senes.  
 Vixebam liber turba semotus ab omni:  
 Tutus ab insidijs cypria diua tuis.  
 Nulla puella meum valuisset flectere pectus:  
 Nympha foret quanuis: vel iouis ipsa soror.  
 Siue quod intentus curis grauioribus essem:  
 Distortus nullis sollicitudinibus.  
 Barba vel hec potius cum iam canesceret: et cum  
 Leta minus facies et minus apta foret.  
 Non pudor audebat iuuenili insistere ludo:  
 Adhuc tamen optabat hocq; volebat opus:  
 Diuitias pauper cupit egrotusq; salutem:  
 Id quo quisq; caret optat habere bonum.  
 Appetit ista senex multo iuuenilia plusquam:  
 Junior: hic potis est: debilis ille nequit.  
 Hinc quod non poteram prouectus querere honeste:  
 Tendebam fictis vocibus arguere.  
 Cumq; manus aliquis tollens ad sidera supplex:  
 Ridet amatores sic miser inquit amet.  
 Audijt orantem precibus rhamnusia iniquis:  
 Adhuc catenatum sub pede calcat amor.  
 Calcatur et huc miserum truculentus raptat: et illuc:  
 Verberat et diris calcibus exanimum.  
 Et fessus nitidis mutū super euolat alis:  
 Ador redit ad cedem: nec licet inde mori.  
 Non licet: et morior viuendo: morteq; peior:  
 Vita mihi tantis exagitata malis.  
 Id mea vel nostrum pascunt peccata parentum:  
 Immo mea in dorso tale merentur onus.  
 Si qua sit in terris pietas clamare solebam:  
 Nunc nec apud superos ingemo sit pietas.

De caterina tenet coctis infixa medullis:  
 Inijcit ardentem in mea corda faces.  
 Nec fuerant alijs alias confixa sagittis:  
 Non tamen hac vna certior vlla fuit:  
 Non citius liquido narcissus fonte solutus:  
 Hac mihi q̄z visa saucius aruerim.  
 Quāuis ille puer: quāuis grauis ipse senectas:  
 Non tamen igne minor est mea flamma suo.  
 Nec sic alcides tunica discerptus anice:  
 Fudit anhelantem folle crepante animā  
 Versus et in saxum iacui: cum pectus et ora  
 Lum vidi sparsis colla nitere comis  
 In lapides vertere homines phorcinidos angues:  
 Adutauit sensus nunc noua forma meos.  
 Ut redij capta paulatim molliter aura:  
 Sensi mundigeri solis ab igne rapi.  
 Atqz vtinam post hec mansissem saxeus: et non  
 Sumpsisset partes prima figura suas.  
 Sed referamus vbi: quando: quo pfida pacto:  
 Has miserum tetras truserit in tenebras.  
 Nuper forte domi plauti amphitryona legebam:  
 Hac que vespereum temperat hora diem.  
 Adensis et augusti medius: suprema sororum  
 In pluteo stabat calliopea meo.  
 Candida cum subito est roseo distincta colore  
 E celo ante oculos lapsa puella meos.  
 Obstipuit intranti: vultuqz accensa seuro  
 Increpat: illa suos retulit egra pedes.  
 Ipse tamen facto dolui: subitaqz repulsa:  
 Statqz adhibere preces et reuocare domum:  
 Sed quod ego optabam celesti numine donum  
 Demissum medio cernimus esse sinu.  
 Alter quippe dies et iam processerat alter  
 Ecce minutatis gressibus illa venit.  
 Excipio placide et verbis mulcemus amicis:  
 Lum precibus nostris e regione sedet.

## Elegiarum

Instita cui viridis patrie de more tegebat  
Alzona totum corpus adusq; pedes.  
Altera nigrabat scapulas et pectora supra.  
Qui tegeret suras leue: cothurnus erat.  
Nec preter vidi nullum velamen in illa:  
Cum mihi per vicos obuia facta fuit.  
Dumq; verecundis oculis me conspicit inquit  
Iduc tua me virtus et bona fama tulit:  
Orphana sum: pauperq; vtroq; orbata parente:  
Quos immaturo funere mors rapuit  
Edidit in lucem me mater vlyrbona rerum:  
Adorq; colubensis vrbis alumna fui.  
Coniugio repetita procis sum mille per artes;  
Ihic ex diuitibus diuite dote venit.  
Ipaupertate alter: verum virtute repletus:  
Sed nulla hoc virtus tempore nacta locum.  
Ihic genus ostentat patrumq; insigne suorum:  
Ipreter auos: nil quod nobile iactet: habet.  
I nomina preterea percurrens plurima dixit:  
De tot quid capiam consule: quid ve legam:  
Et si quid poteris donare impende libenter:  
Effundam pro te vota precesq; dec.  
Cum tales sensus animo depromeret imo:  
Ex diuis aliquam diximus esse deam.  
Subsisto: et mecum sibi quid velit ista reuoluo:  
Insidijs totiens captus et illecebris.  
Verba loquebatur perfusa leporibus: et que  
Lor pylij allicerent excuterentq; iecur.  
Incitat hinc amor ad fandū: quod turpe putabat  
Et multo ratio mixta pudore vetat.  
Cum quod quesierat: dedimus iurata spondit:  
Sponte reuersuram posteriore die.  
Cessit et expecto vnus promissa diei:  
Adense videbatur longior vna dies.  
Alter et alter abit: pigro numerosior anno  
Quarta dies: mihi sunt secula sexta dies.

Oblitam statuo conquirere siue retentam:  
 Vereor: quem sciter: nec pudor ipse finit.  
 Quem ve rogem: ignoro: solus tacitusq; pererro:  
 Et fora perlustro nobiliumq; lares.  
 Suspicioq; oculis vigilantibus vndiq; stantem  
 Ante palatinas atria celsa fores.  
 Et matronali fulgebat septa corona:  
 Floribus a varijs vt rosa cincta nitet.  
 Ut me prosperit: gemino cum lumine vultum  
 Demisit: magni signa pudoris humi.  
 Hoc ego prospectu viri qui perditus ibam:  
 Et spem concepi que modo nulla fuit.  
 Nemo suo spernat rerum vilissima fastus:  
 Nec putet equali pergere fata gradu  
 Omnia vertuntur: nec in vno cardine perstant:  
 Mutata alternant conditione vices  
 Maxima nunc cernis: contra mox infima cernes:  
 Quis stabilem humanis credat adesse modum?  
 Pauperiem sanctam diues non horreat: et non  
 Ad ordaci informem murmure pulcher agat.  
 Carpere neu validus tremulã inuisamq; senectã:  
 Ne ve ioco quenq; ledere tentet auum.  
 Fortuna oppressum caueat contemnere felix:  
 Egrotum nusquam rideat incolumis.  
 En ego ridebam multos in amore furentes:  
 Si flerent dicens nil miserabilius.  
 Nunc iaceo victus nullo reparabilis auro:  
 Non dabit hippocrates non mihi phoeb<sup>9</sup> opẽ.  
 Factatur tumidis solers dum nauta procellis:  
 Dumq; regit dubiam per freta vasta ratem:  
 Laude vacat: laudes et mun<sup>9</sup> grande meretur:  
 Integra portum cum rate tutus init.  
 In laqueos recidi: et quas fugi prouidus: artes.  
 O irretitum ridiculumq; senem.  
 A notis habear quanquã delirus et amẽs:  
 Non tamen ista loqui digna rubore pudet

Scripta etate senex:pectus iuvenileq3 robur:  
 Non cessura quidem viribus herculeis.  
 Nec gibbus nec struma meum foedissima corpus  
 Turpat:habent viuum cetera membra decus.  
 Sum quoq3 (ni fallo)mediocri corpore maior:  
 Quem decet albenti sparsus in ore rubor.  
 Dente vno caret os nostrum interiore sinistro:  
 Squalida densatis longaq3 barba pilis.  
 Forsan et aspectus hanc propter foemina nostros  
 Horruit a vano territa facta metu.  
 Multi illam fictam:multi dixere proteruam:  
 Simplicior nulla est:nullaq3 candidior.  
 Judeamq3 fuisse licet vicina dicat:  
 Ade tamen accendit et magis vrit amor.  
 Si quis et a vili primum duroq3 bubulco  
 Corruptam rapta virginitate ferat:  
 Fudim<sup>9</sup> indecores lachrymas gemitusq3 pfundos  
 Et ferit insolitis ictibus ossa furo.  
 Proq3 aliquo interdum fertur prostare lucello:  
 Deceptam clamo me miseretq3 sui.  
 Lauta semel manicis quondã matertera vinxit:  
 Tenderet huc illuc et fugitiua foret:  
 Deniq3 si quodcũq3 scelus cõmitteret audax  
 Lunta puellari simplicitate tegam.  
 Omnia viperee potius mendacia lingue:  
 Liuore aut sparsa hec credimus esse malo.  
 Ast ( vt ego demens totũ qd sentio premam  
 Siquid adhuc mentis et rationis inest )  
 Confingunt ea praua mei et solantur amici:  
 Ex animo penitus decidat illa meo.  
 Decidat:infami peream ne morte laborant:  
 In me quisq3 suo fungitur officio.  
 Non cadet:internis herebit viuida fibris:  
 Unicaq3:optanti dum mihi vita comes.  
 Post etiam interitum ( prius hinc si cogar abire )  
 Jam mea viuentem queret imago meam.

Annozum flos ipse tribus vix edita lustris:  
Hoc facies monstrat: hoc sua dicta probant.  
Vultus inauratus crater argenteus illi est:  
O fortunatum qui bibit inde virum.  
Atq; ea sic multe nostros petiere penates:  
Innumosum fama prodiga dextra facit.  
Soluar ab hac: lego peligni precepta poete:  
Qui docet insane non adamare liber:  
Opprimor: et medijs positus fornacibus vroz:  
Luget et accensos ista medela focos.  
Non species hominis: non qui color ante vigebat  
Est mihi: me viso tartara flere queant.  
Neq; alcotini comes admonet: arguit acer:  
Deu: puer amentem: discipulusq; notat.  
Irridetq; simon: et rerum conscius harum:  
Scit nihil: et tacita carpitur inuidia.  
Nec suadere valet sibi: nec credibile clamat:  
A tanto cupidum continuisse bono.  
Non cepi quicquam iocundi: pocula philtris  
Plena bibi: rodunt dilaniantq; animam.  
Quod si cepissem: nullus me promere littoz  
Logat: et hoc nullus tortoz ab ore trahat.  
Verus amor tegitur: falsis sit nulla voluptas:  
Sentiatur contra forsitan amator erit.  
Non troiana meis maiora incendia flammis:  
Quamuis troia suum transijt vsta diem.  
Ignibus assiduis ardet vulcanus et etna:  
Non ego ab indomito carpor amore minus.  
Quantum per terras phaeton disperferat igne:  
Raptus equis preceps: intrepidusq; puer:  
Quatus per phlegethonta fluit rapidissim<sup>o</sup> amne:  
Tantus inest cordi: visceribusq; meis.  
Nec tam perpeffus teterrima fata perillus:  
Dum tua iussa miser graie tyrane facit.  
O si caucaseus fierem calanus: inultas  
Das possem illesus saltibus ire pyras.

Noscim<sup>9</sup> hoc vitium genitū magnumqz fatemur:  
 Et piget: et nequeo funditus excutere.  
 Quo magis ex animi contendo sedibus illam  
 Eijcere: ante animos hoc magis illa sedet.  
 O vtinam inspecta mutatus membra puella  
 Protinus in quoduis corpus inane forem.  
 Qualiter in silicem propter periuria battum  
 Detecto furto vertit atlantiades.  
 Daphnis ab irata mutatus pellice sarum:  
 Versus es in fortem celme adamantia ioui.  
 Borgone ab antiades perijt cephenaqz turba:  
 Nec eadem nobis visa tulisset opem.  
 Herculeeqz lychas deiectus roboze dextre:  
 Euboicis scopulus sedit in equoribus.  
 Pinus atys tum cura deum carissima matris  
 Immemorem fecit improba nymphea sui.  
 Infelix fueram tantis de milibus vnus:  
 Vitassem infandum pessima fata malum.  
 Tantalus: irion: et sisyphus: ac malus omnis  
 Non sua vt ipse luo crimina nostra: luunt.  
 Summa deus bonitas hanc pestē tolle furentē:  
 In stygios vel me fulmine trude lacus:  
 Orpheus: amphion: linus: et caducifer: vlla  
 Non animum possent arte iuuare meum.  
 Solatur veterum stolidum me coetus amantū:  
 Quorum colla feror sub iuga traxit amor.  
 Delius igniferum sensisse cupidinis arcum  
 Traditur: in manibus cui tamen arcus erat:  
 Ilia corripuit mauxtem: plurima magnum  
 Turba iouem: tutum nil ab amore fuit.  
 Neptunus gelidis arsit calefactus in vndis:  
 Cuius et in nigra est fuscina larga manu.  
 Et semeles suis proles contentus amavit  
 Cornibus: in superos seuit et iste dolor.  
 Terrarum qui mostra ferus vastantia terras  
 Exinxit: puero colla liganda dedit.

Filius incaluit sapientis nomen adeptus:  
Et pater: et quos non enumerare datur.  
Si qua mihi magicis fecisset vulnera circe:  
Hec possent magice demere carminibus.  
Ut caterina suis oculis mihi spicula iecit:  
Nulla: nisi hec oculis auferet ipsa suis.  
Ex sene vel fierem iuuenis pulcherrimus: eson  
Factus ut egregia colchidis arte fuit.  
Hac etate mee domine fortasse placerem:  
Adusa nihil prodest: nil in amore sophos.  
Quid faciet: faldas errat mea cymba per undas:  
Tu cytherea faue: tu rege vela ratis.  
Ex tribus vnus erit mittendus nuncius: is qui  
Leniat austeras: duriciamq; domet.  
Est alternus amor primus legatus: abunde  
Fracturus colli vincula foeminei.  
Nuncius alter erit versatio stricta frequensq;  
Solvit amatores compedibus cupidos.  
Optima cuntarum medicina pecunia rerum  
Tertius: etherea deuehit arce deos.  
Aptior hec nostram reparatū nūcia nymphā  
Adittetur socijs anteferenda suis.  
Eloquio oratrix mollibit marmora: nedum  
Adontanis ducet bruta cacuminibus.  
Sola hec prestabit quod nunc desidero: sola hec  
Tradet in amplexus gaudia tanta meos.  
Altera penelope sit vel lucretia: collum  
Hac duce submittet impudibunda iugo.  
Si secreta fides comitesq; modestia presint:  
Augusta ingenium deteget ipsa suum.  
Interea mecum casum solabor amarum:  
Non vllis constans flere cupidinibus.  
Quisq; meo exemplo si nescit viuere discat.  
Errati ne se postmodo poeniteat.  
Oblata est quotiens placitarum occasio rerum:  
Non mora sit: celeri cōmoda carpe manu

## Elegiarum

Arboze poma tibi dum sunt matura legantur:  
Ne facta alterius putrida ve illa gemas.  
Quodq; gemas ploresq; magis laniesq; capillos:  
Grata diu populo fabula: risus eris  
Risus eris: nullaq; volens medicaberis arte:  
Hec summa est: age quod poeniteat minime.  
Hoc cape consilium quicūq; es captus amice:  
Letus amor placeat displiceatq; venus.

### Elegiarum liber secundus in lianozam insidiantem.

**I**nsidias lianoza noua parat arte cataldo.  
O admirande calliditatis opus.  
Qui semel euasit fallentia retia ceruus:  
Horrida qui fugit spicula: vitat aper.  
Et licet esuriens piscis qui senserit hamum:  
Carpere mortiferum pertinet ore cibum:  
In scopulos illisa ratis: nat cauta per vndas:  
Et trepidat flammis: ignibus vsta manus.  
Ille ego sum: cupidum quem leserit armifer hamus  
Ille ego quem retis implicuere plage.  
In scyllā o quotiēs recidi: barathrūq; charybdīs:  
Emersi rabidis vix ego nudus aquis.  
En miserum fortuna salo demergere tentat:  
Adergar: palladio ni tegar auxilio.  
Pulchra puella quidem sed thaidē notior ipsa  
Externum sua me gesta latere putat.  
Seu me de patula spaciantem forte fenestra  
Viderit: aspectus effugit egra meos.  
Et geminas furibunda fores: inimicaq; claudit:  
Ponit et inuisas insidiosa seras.  
Seu mihi per vicos aliquos: sit ve obuia templo:  
Auertit vultus facta superba suos.  
Ut rapere argenti multū mihi possit et auri  
Nicitur ardenti mille placere modis.

Nec tamen in oculis est tanta pecunia: quantam  
 Infelix falso nomine capta putat.  
 Se modo conductis lasciuia monilibus ornat:  
 Se modo concessis inuidiosa colit.  
 Sequz palam iactat magna de stirpe creatam  
 Ah demens: non stirps: forma pudica placet.!!  
 Ac veluti nunquam nouissem pellicis artes:  
 Adatronam fingit cesareumqz genus.  
 Lactea dum simulans pulicē per pectora captat:  
 Summoto vendit fercula linteolo.  
 Vicini ancillam fictis audacula verbis  
 Increpat: huc adsis praua catella tonat.  
 Hec facit vt diues capto mihi mente videri  
 Possit: et haud opibus pauper egere meis.  
 Ad populum phaleras: iuueniles decipe mentes.  
 Lanicies nulla hec se sinit arte capi.  
 Non emo rem fetidam tanti pygmea: cupido  
 Cum matre oderunt munere quisquis amat.  
 At prestare queam musas: et gaudia: vitam:  
 Constantem inulta cum pietate fidem.  
 Letera de nobis despera posse referri:  
 Quo magis insistas: hoc min⁹ ipse darem.  
 Ergo tuos posthac dimicto querere fastus:  
 Quelibet e media plebe placebit amans.

¶ Ad mariam virginem  
 petens veniam.

**V**irgo mei miserere precor miserere fatētis:  
 Adaius pene meū te miserante scelus.  
 Non semel erratum bis ter quater inscius egi:  
 Sed delictorum milia mille malus.  
 Sum meritis poenis et seuo verbere dignus:  
 Extremo dignus sum quoqz supplicio.  
 Interdum vano prauoqz cupidine capti:  
 Ex nihilo longam finximus historiam.

## Elegiarum

Laudavi vitium quod erat dānabile mōstrum:  
 O plenum vento stulticiaq3 caput.  
 Proq3 deo balbus tacui: pro virgine mutus:  
 Idar est vt scutica: carcere: morte luam.  
 Da veniam supplex oro peccata fatenti:  
 Est peccatori parcere diua tuum.  
 Virgine virginior: puraq3 pudicior omni:  
 Omni candidior candidiore nites  
 Nec solum petimus parci: intercede benigne  
 Ad natum pro me stella serena reo.  
 Quem totiens culpa: totiens offendim<sup>9</sup> atro  
 Crimine: que varijs spero piare modis.  
 Tu pietas de fonte scatēs suauissima manas:  
 Corda rigas hominum: nec qua rigare negas.  
 Immo salutiferas virtutum vberrim<sup>9</sup> vndas  
 Per scatebras sedans fundis in ora sitim.  
 Valuarū summi clavis rectissima celi:  
 Tartaree terroz perniciesq3 domus.  
 Egrotis medicina venis certissima et egris:  
 Defessis miseris: tristibus vna quies:  
 Pupillis viduis et desperantibus affers  
 ( Atpote desertis vndiq3 ) presidium.  
 Te duce mortiminas euadit nauta procellas:  
 Intrat et ad tutum tutus ab hoste sinum.  
 In bello fortis non sentit vulnera miles:  
 Subq3 tuo illesus numine victor abit.  
 Tu lucina viam parientibus obuia mostras:  
 Non facit hoc phoebi: non soror ipsa iouis.  
 Si quis eques seu forte pedes furiantibus vndis  
 Turbida pretrepidus flumina traiciat:  
 Et iam demersus periturus nomine clamet:  
 Virgo mihi presis: o miserere mei:  
 Diuam sentit opem: et dextra properāte leuatus  
 Fautrici grates haud mora letus agit.  
 Vel si quis vasta preceps de rupe feratur:  
 Et memor in casu virginis huius eat:

Non memori caput: aut frāgentur crura ruenti:  
Humani es generis lux: via: vita: salus.  
Captus et a mauris et vinctus colla catenis:  
Te vinculis liber auxiliante fugit.  
Jam pulso axilla aut manibus fulcimine claudus:  
Bratando celerem mutat vtrunq3 pedem.  
Non tantum auerij zephyrus cumulauit harenae:  
Littoribusq3 tuis aphyrica fusca notus:  
Quanta per immēsum spargit miracula mūdum  
Mater ab afflictis virgo vocata dei.  
Nemo poetarum posthac in carmine musas  
Inuocet: vranie sit ve thalia soror.  
Nisi forte hac specie celebretur cynthia nostra hec:  
Luminibus veris que tenebrosa fugat.  
Tetra fugat: ducitq3 diem nitidissima terris:  
O iubar aureolum purpureumq3 decus  
Et demū quicumq3 vocat tua nomina supplex:  
Nulla subit terre: nulla pericla sali.  
Tu dilecta dei meruisti filia dici:  
Sublimiq3 throno lecta fuisse parens.  
Non verba inuenio: sint respondentia vite:  
Adraclis: forme nymphea superna tue.  
Angelicis comitata choris: comitata deabus:  
Funderere non cessas sponte rogata preces.  
Nisi tua iam pridem virtus insisteret ardens:  
Terra data aut flammis diluuiū ve foret:  
Felices homines fortunateq3 puellae:  
Quis tuus accedet gratia larga fauor.  
Nam dum versantur fetidi inter stercoza mundi:  
Aduersis nūquam fors violenta premet.  
Non hinc migrantes gustabunt infera tristes:  
Sed leti in supero nectara fonte bibent.  
Atq3 sua excellit forma quascūq3 figuras:  
Et quascūq3 deas fama vetusta canit.  
Assidet ethereo in thalamo carissima nato:  
Et fruitur summo virgo beata bono.

## Elegiarum

Que radiat multis radijs circumdata: quorū  
nescitur radius qui magis eniteat.  
Alter flammifero fulgentia lumina soli  
prebet: ut hac titan lampade cuncta regat.  
Celestes alter turbas animasq; beatas:  
Ac totum empyreum lumine clarificat.  
Hec duo si nescis funalia: scito sorores.  
Una pudicitia est: altera virginitas.  
Deniq; sit finis nostri sermonis: et inde  
Si dabitur plectro iam grauiora canam.  
Nulle oratores: magnoꝝ milia vatū:  
(Qualis erat cicero qualis homerus erat)  
Virtutes laudes per secula mille notantes  
Nulla parte queant accumulare tuas.  
Proq; tui nati seruis orare memento:  
Te precor in primis: sit tibi cura mei.  
Sit tibi cura mei: et notū quo tramite pergam  
Fac mihi: tu portus perfugiumq; meum.  
Si noui rectum firma vestigia callem:  
Si minus: ad veram dirige planiciem.

Ad marchionem magnanimū  
principē de ignorantia vitanda.

**M**agna fuit pelopis: cicero inq̄: culpa parētis  
Qui nullis natos artibus erudit  
At tua magnanime o princeps laus maxima cōstat  
Exemplis ornas moribus arte tuos.  
Vitanda est velis: vitanda inscitia remis:  
O pater in cuius filius arbitrio.  
Omnia cunctorum errorum stultissima mater  
Subuertit nulla cum ratione solo.  
Effera et indocilis toruoq; asperrima vultu:  
Iniectis profert ardua verba minis.  
Corpore terribilis: nam vertice nubila pulsat:  
Atroq; infernas cum pede tangit aquas.

Tetrāq; sulphureos effundens ore vapores:  
 Inficit astantes continuoq; necat.  
 Emittitq; nouas dumoso e pectore sentes:  
 Flant geminis auster naribus et boreas.  
 Dextra tenet viuum leporem: sed leua colubrum  
 Sub niuea tectum veste latenter habet.  
 Et quando ostendit candentē: porrigit atrum.  
 Hac hominem incautum mergere fraude solet:  
 Et atem mōstrant sparſe per corpus equine  
 Albentes sete: duriciamq; probant.  
 Nauta fugit scopulos medijs dum nauigat vndis  
 Discibus aut mergis ne sit in ora cibus:  
 Vir sapiens huius vetule cōmercia vitat:  
 Magna vorat tumidis ista charybdis aquis.  
 Quēcūq; extremi fiunt in partibus orbis:  
 Nota sibi iactat: et bene scita tonat:  
 Et quod non didicit per se vult scisse videri:  
 Esseq; natura non opus arte refert.  
 Turpiter externos quotiens vsurpat honores:  
 Id sibi quod non est arrogat vsq; suum.  
 Formosam doctam falso seq; omnibus vnā:  
 Amisſis prefert improba luminibus.  
 Foedaq; conspectu: multo foedissima vultu:  
 Attamen his longe turpior est animus.  
 Omne malū: scelus omne facit: qđcūq; nefandū  
 Hec regina suo perpetrat ingenio.  
 Nūc summa est leuitas: grauitas nūc summa videt  
 Intolerabilius hac nihil esse puto.  
 Barbaries omnis vitij plenissima: plusq;  
 Bēsignara animi motibus afficitur:  
 Quam qui sit studijs excultus et arte politus:  
 Natura prauus sit ferus ille licet.  
 Non ne intactus ager solitus producere spinas:  
 Frugiferas domino prebet aratus opes?  
 Hac duce germanas ausus violare pudicas:  
 Filius: heu natas blande cyrille tuas.

## Elegiarum

Atreus in fratrem: minus exarsisset in atreum  
Frater: ab his mulier si mala pulsa foret.  
Furta: latrocinia: incesta execranda patrantur:  
Adixta vel his multe mortis adulteria.  
Hac duce diuersi bella intestina tumultus  
Citibus insurgunt perniciofa lues.  
Hinc bellum quantumq; mali quantumq; sinistri  
Elferat: ex ipsa noscere pace liquet  
Qua regnante: vigent q; plurima comoda reru:  
Qua dempta proorsus perdita queq; iacent.  
Adortua neglectis cerealia munera campis:  
Et tua culta minus vinea bacche dolet.  
Oppresseq; hululant vidue: et miserabile plorant:  
Et sua pupillus tempora lesus agit.  
Armorum strepitus inter variosq; tumultus  
Quid deceat quid non cernere nemo valet.  
Sacrilegus: raptor: thalamiq; inuasor honesti:  
Cum reliquis properat prompta rapina malis.  
Hinc homicida fames: seuit crudissima pestis:  
Adiranda regnat quilibet arte dolus.  
Adors cuiq; occurrit: clamor: luctusq; pauorq;  
Hec sunt bellone gaudia letifere  
Hic qui pro patria fortis pugnare tenetur:  
Uastanti quouis hosteq; peior erit.  
Haptatur pietas: vincto clementia collo  
Sternitur indignis per sacra templa modis.  
Tantum causa ignorantia crassa malorum est.  
Que non ista prius ceca videre queat.  
Hanc nate comitantur anu: quocunq; vagatur:  
Quas enixa feris partibus exposuit.  
Filia prima gradu cerebrosa superbia lento:  
Fra leuis sequitur: it tacita ambitio.  
Hec si quis cupiat q; sit formosa doceri:  
Hatabus prodit cum comitata tribus.  
Qualiter horrendus consurgit saucius ictu:  
Dum teneris natis: dum sibi bufo timet.

Cui fera tísiphone alecto et rabíosa megera  
 Jam iam venture grande cubile parant.  
 Culcitra per piceum componitur ignea fulcrú:  
 Et cum puluino lintea pestifero.  
 Non linere vnguento stygio non vngere cessant  
 Queq; pedes: tetrica signa futura domus.  
 At mulcere caput supera contendit ab arce  
 Angelus: ah renuit: infera sola iuuant.  
 Hanc deus excelsa cernens de sede malignã  
 In barathrum caris cum tribus ire finit.  
 Ad studijs cultũ redeamus et arte peritum:  
 Diuersa et longa distat vterq; via.  
 Hic vir si peccat: noscít peccata: maliq;  
 Pœnitet admissi: suppliciumq; subit.  
 Labitur: et lapsus caput erigit: actaq; damnat:  
 Casurus nunquam postulat et veniam.  
 Inde creatori summo fit gratioꝝ: vt si  
 Jam repetat proprium de via ouile pecus.  
 Inuentus nullus: lectus ve aut cognitus extat:  
 Belua quem non hec eritio dederit.  
 Ergo malam properi et duri radicitus herbam  
 Vitamur nostris vellere pectoribus.  
 Id multo melius puerili tempore fiet:  
 Quam cum firma suo robore perstiterit.  
 Hoc age vir prudens: et vitam vtrãq; parabis:  
 Ex oculis tenebras mente repelle tuis.

¶ Ad dionysium emanuelis regis  
 ex sorore nepotem.

**A**lma dionysi de te mihi perculit aures:  
 O quantũ vellem non habuisse datas.  
 Aut habitis saltem surdus nimis auribus essem:  
 Audirem ne quo tristia tanta modo.  
 Unde ferum teneris irrepensilibus vlcus  
 Quod nusquã scimus tale fuisse: sedet.

Num tua promeruit pietas: num gratia: mores?  
 Num tam formoso tantus in ore lepos.  
 Hoc erat vnde miser gemitus suspiria questus  
 Adittebam nullis turbidus indicijs.  
 Nec poteram stupidus causam nouisse latentem:  
 Nec mea qui curis corda leuaret: erat.  
 In varias vello: multo discrimine partes:  
 Fundo luctificas ore madente preces.  
 O vtinam falsus subsistat nuncius: et non  
 Se curto gressu prouehat vltterius.  
 Adendacem o superi faciant perq3 omnia fictum:  
 Adurmura vt interdum falsa sonare solent.  
 Quin et in auctoris seuissima pectora vertant:  
 In fonti fons quod finxit inesse malum.  
 Sit quicūq3 tamen: timor anxius occupat artus  
 Opprimat: oppressos dilaniatq3 meos.  
 Surge dionysi patrios inuise penates:  
 Et cole qui quondam te genuere lares:  
 Te genitrix: oculis que te plus diligit vnum;  
 Optat te regum maximus emanuel.  
 Te lianoza simul dudum regina: sorozq3  
 Adatris: id exoptat dux quoq3 frater idem.  
 Non auiam memoro: pre cunctis vna nepotem  
 Nec cupiunt vultum regna videre tuum.  
 Teq3 gubernator meritis vulgande ioannes  
 Adenda tuis: priscis anteferende precor.  
 Effice ne qua tibi prudenti crimina mater  
 Patria pro spretis legibus obijciat.  
 Audi si qua tibi pietas innata resedit:  
 Si cor contingit iusta loquela tuum.  
 Non fuerat satis extra tot vixisse per annos?  
 Immemor altricis cum patre matre domus?  
 Durus adhuc patrie neglectis iuribus audes  
 Ossa peregrino linquere velle solo?  
 An tibi defuerit quicquā genitricis in vlnis?  
 Non honor: aut vanus regius iste fauor.

Ferrandus quanq̄ helisabet diuinus vterq̄:  
 Est quibus in seruis rex gener emanuel.  
 Siue velis armis concurrere: quēlibet hostem  
 Et quis oppugnes hic locus arma dabit.  
 Horrida belligeros tellus alit aphyrica mauros:  
 Ethiopes armat colchica terra novos.  
 Siue tuam ludis placet exercere iuuentam:  
 Ludicra lufuro structa theatra ferent.  
 Forte magistratus mauiſ gessiſſe superbos:  
 Turba equitum septus ibis et agminibus.  
 Ipse parum sapiens habitare mapalia mallem:  
 Et tuguri quicquid vita beata dar et:  
 Quam vos excelsi ( fugienda ceraunia ) mōtes:  
 Nil tutum summis viuere verticibus.  
 Nati quisq̄ sumus patrie primū: inde propinquis:  
 Tu contra: externis commoda plura refers.  
 Erumnisq̄ tuus genitor confectus et annis:  
 In proprio vellet te refouere sinu.  
 Te si contingat discedere: cernere possit:  
 Ille licet viridi roboze fortis agat.  
 In te cuius amor patres excedit amantes:  
 Unus q̄ natus: totus es ore pater.  
 Tu quoq̄ cur reditum noni pyrera moraris  
 In patriam: rogo quid consule iura velint.  
 Et per te sapiſ: et iuris pater vnicus olim  
 Interpres: causa hac iura sequare patris.  
 Oblitum ne tue matris dulcisq̄ sororis  
 Esse dionysi forte coegit amor?  
 Si te non aliud patrijs distraxit ab oris:  
 Hoc perſta solito durius arbitrio.  
 Illic mater erit: soroz et tua patria noni:  
 Sanus vbi dominus ( credite ) tantus agat.  
 Quod si firma salus contingat: viuite ibidem:  
 Nec pigeat dulces deseruisse lares.  
 Ipse etiam pulchra hac patria lectaq̄ relicta:  
 Vobiscum cuperem vel sine laude mori.

## Elegiarum

Ad comitem de michaele  
curie regalis.



Laudari nulli: scis me laudare merentem  
Dalcotini: spes mea firma: comes.

Esse nefas credam: si de tot milibus vnum

Laudatis: taceat nostra camena virum.

Effugit ingenium: facundiaqz: occupat horror

Tanti conantem dicere gesta ducis.

Qui tenet ex equitum celesti principe nomen:

Curia regalis dant cui nomen aui:

Sunt quecunqz facit romanis digna triumphis:

Digna qz cedris ponier in tabulis.

Huc auus et proauus generosum sanguine reddunt

Quos virtute ornat qualibet ipse magis.

Hectora laudarunt veteres laudatus achilles:

Et cum laudato patre neoptolemus.

Marcijqz ducis virtus a vatibus ingens

Scribitur: haud nostri cernitur esse minor.

Siue domi seu forte foris pro tempore regi

Seruiat: ad mentem queqz iubentis agit.

Clarus eques: modo fit miles: modo velitis arma

Induit: utrobi non nisi victor adest.

Mitis est mitis cum blandis blandus amicis:

Elatis idem redditur asperior

Condidicit nullas annis puerilibus artes:

At tamen ingenio cuncta docente sapit.

Aspectu placido pulchroqz et pulchrior intus.

Facundo varius manat ab ore lepos.

Larga multa manu gaudet conferre merenti:

Immeritoqz pius non nocuisse studet.

Quale sit officium forsan petis hectoris huius:

Committit cesar omne ministerium.

Præcipue primus murane ianitor aule:

Imperat afferri quoqz silente dapes.

Tam fido emanuel meritis sua pectora credit:

Tanta illi virtus insita: tantus honor.

In libycas ductor traiecit classibus oras:  
 Expugnare arcem hic obsidione parat.  
 Inuidia socius seu fato coetus iniquo:  
 In turpem vertit hoste premente fugam.  
 Ipse manu parua comitante: ruentibus aphis  
 Obsticit: et multa strage cruentus abit.  
 Deniq; meoniden fuerat si nactus: haberet  
 Nomen inextinctum perpetuumq; decus.  
 Deu quantum refert quali nascaris in euo:  
 Secula felices prisca tulere viros.

**C** Mandat muse vt adeat comitem alco  
 niti: suum errorem excusans.

**N** Ei mihi qd laudis? decoris qd musa tulisti?  
 Adagnanimus fecit cu tibi verba comes?  
 Felsina quid frustra sensus tibi prestitit olim?  
 Egregias artes quid didicisse iuuat?  
 Ecquid cesareis ornatam legibus? ecquid  
 Si tuus in latio maximus extat honor?  
 Quid ve sub inuicto iadudum rege triumphas?  
 Reginam quid te carminis esse iuuat?  
 Hoc tuus est error maior: quo maior haberis:  
 Ah potius vellem mortua musa fores.  
 Ille loquebatur mitis: tu austera ferebas  
 Vertice detecto lenia verba loqui.  
 Dic mihi quo vultu regem? qua mente potentes  
 Audebis posthac rustica adire duces?  
 Et pueris senibusq; diu derisa iacebis:  
 Si non errorem corrigis ipsa tuum.  
 Ergo cito propera comitisq; palatia tende:  
 Sunt vbi nobilium candida turba virum.  
 Ibis: et optatas cum iam perueneris edes:  
 Obstantes modico murmure tange fores.  
 Janitor vt cernet musam pulsare cataldi:  
 Laxabit celeri limina tota manu

## Elegiarum

Tu cauta et supplex prudentibus vtere verbis:  
 Fac neglecta procul sit modo rusticitas.  
 Premonedo coram tanto decet ire modestam:  
 Et caue quod multū garrula lingua nocet.  
 Si coniunx aderit sapientior omnibus vna:  
 Inter germanas annumerata nouem.  
 Ingressus fiet maior fandiq; potestas:  
 Errandi tante maior in ore metus.  
 Postquā dicendi tribuetur copia stanti:  
 Ad ore tuo hec nostro nomine verba refer.  
 Salue diue comes generoso sanguine crete:  
 Clarior et proavis nobiliorq; tuis  
 Defensor fidei poenorum terror et ingens:  
 Unica spes belli: militieq; decus:  
 Adusarum fautor: nosti qui palladis artes:  
 Quiq; tuo multos corripis arbitrio:  
 Virginis in sacra que nos commisimus ede:  
 Nouimus: hesterno crimina magna die.  
 Non venerata fui merito ( me corrigo ) honore:  
 Errati veniam da precor insoliti.  
 Et ratio: qua tum temeraria forte videbar:  
 Externe quoniam non mihi notus eras.  
 Culta virum quanq; summū te verba sonabāt:  
 At facit hic habitus vt videare minor.  
 Dumq; loquebaris mecum: stupefacta manebā:  
 Ignorans qui vir: qualis: et vnde fores.  
 Facundo nitidas fundebas ore figuras:  
 Pauca verecundis verba fuere modis.  
 Versabam dubio varios in pectore sensus:  
 Donec percontor qui vir: et vnde genus.  
 Ut mihi septensis prefectus diceris vrbis:  
 Et pater hoc ipso nomine clarus eques:  
 Obstupui: subitusq; pauor: subitusq; rigauit  
 Ossa tremor: pedibus pene meis cecidi.  
 Parce precor fasse: magnozum parcere lapsis:  
 Erroris veniam noxia posco mei.

Non nihil errorem defendit causa loquentis:  
 Qua posset dici maxima culpa leuis.  
 Quod non vlla tuo radiabat fibula amictu:  
 Aurataq; minus torque superbus eras.  
 Non talem: qualis fueras: ignara putaui.  
 Sum decepta: miser talia mundus amat.  
 Adens tua sublimis rebus contenta supernis:  
 Fumida socraticus sub pede cunta teris.  
 Scilicet eterni scrutans penetralia celi:  
 Integra corruptis anteferenda putas.  
 Fortunent meritos superi natosq; domūq;  
 O alcotine gloria prima domus.  
 Hactenus hec: et si qua iubes: tua iussa facessam:  
 Inseruire tibi mens mea prompta cupit.

**C** Mandat muse vt adeat  
 reginā: seq; illi excuset.



**H**actenus ingrata nulli te musa fuisse  
 nouimus: id prestes officiosa precor.  
 Indue fulgentes: nitidasq; ex ordine vestes:  
 Et tua virgineas sparge per ora comas.  
 Aurea candenti suspende monilia collo:  
 Pendeat ex humeris purpura palla tuis.  
 Sume novos vultus: totam compone figurā:  
 Deniq; nunc quicquid pone decoris habes.  
 Et castigato pete summa palatia gressu:  
 Adagna vbi stat comitū: magnaq; turba ducū  
 Nec te terrificet regine fama: nec ingens  
 Regia: diuitijs dignior attalicis.  
 Adite habet ingeniū: quā spectas ire supernam:  
 O te felicem: culta camena placet.  
 Tandem vbi sidereas lianoze veneris edes:  
 Pulsabis dextra bis: ter honesta fores.  
 At te seruatoꝝ spatioso senserit aule:  
 Adstrabit placido preuius ore viam.

## Elegiarum

Cumq3 suis illam cernes: mensaq3 sedentem:  
Post positam coenam regificosq3 cibos.  
Lauta verecunda: non tristi fronte salutes:  
Inq3 tuos solers lumina verte gradus.  
Credo dabit dextram: porrecteq3 oscula dextre  
Sūmisso nimirū poplite prona dabis.  
Atq3 vbi pro nobis dabitur tibi copia fandi:  
Intrepido tales pectore funde sonos  
Salve digna pio et generoso principe mater:  
Que duo cum magno vincula rege tenes  
Vos deus hoc iunxit: q3 pro te virgine princeps  
Nullus erat: tanto principe virgo minus.  
Fama diu de te que iam vulgata canebat  
Ecce probas: plusquam concinit illa: facis.  
Adira tue referunt homines preconia laudis:  
Attamen es factis clarioꝝ ipsa tuis.  
Venerat hesperijs: siculisq3 aduectus ab oris  
Parisius: secum leue ferebat opus.  
Qui dicturus erat coram consorte: paratus  
Stabat: ab aduersa sedula parte venis.  
Incipit: et comis perdoctas porrigis aures:  
Et que narrabat callida mente notas.  
At vidit fulgere decus: vultumq3 serenum:  
Lapsam de celo credidit esse deam.  
Atq3 parum vidit te incedere: protinus inquit  
Hec regina sacri calliopea chori est.  
Nesciit attonitus quid dicat: prospicit omnes:  
Erroris veniam nunc petit ipse sui.  
Quod tamen erratum dono maiore rependet:  
Incepit de te condere maius opus.  
Ingenij quicquid tribuit natura: vel artis  
Illis nitetur promere carminibus.  
Spero poetarum non formidabit acumen:  
Nec grauis argutū iudicis arbitrium.  
Hincq3 per hispanas: italaq3 legere per vrbes:  
Hispanis: italis: maior amazonibus.

Et tecum princeps ibit: tecumq; legetur:  
 Spes tua: spes populis vnica: spesq; patri.  
 Nulla tui in libro ad regem fit mentio: at huius  
 Principis immensum tollit in astra decus.  
 Quem fore speramus: mundū qui nomine lustret:  
 Rursus et antiquos eruperet proauos.  
 Plura canit vates: orator singula narrat:  
 Quelibet ars proprio fungitur officio.  
 Nec tamen a vero (ludat quanq;) ille recedit:  
 Hoc pacto eterne premia laudis habet.  
 Dixi: et si quicquā cōmisi: ignosce fatenti:  
 Ad aiestate tua dicere plura veto.



**C**Adandat muse vt conueniat  
 amicos: quos consulat.

**M**usa qđ expectas: caros cito cōsule amicos  
 Effuge damnosas sedula musa moras.  
 Indue lugubres tam moesto in corpore vestes:  
 Sit tua plus equo turbida forma precor.  
 Non auro: lauro ve comas interere cures:  
 Ornet nec niueas indica gemma manus.  
 Non ego te tali iubeo procedere vultu:  
 Quali regine es pergere iussa lares.  
 Aut flens: aut flenti similis properabis: et illis  
 Talia tu nostro nomine verba refer.  
 Quesi fortassis nimiū tibi multa videntur:  
 De multis prudens dicere pauca potes.  
 Vos: quibus eloquiū et rerum prudentia nota est:  
 Vos: quibus altisonans paruaq; musa placet:  
 Vile quid imponant maturo cernite vati:  
 Qui nisi supremū scandere nouit iter.  
 Ethera thespades solitus ductare per altum:  
 Candidus immundū cogitur ire lacum.  
 Ah nimis exhorret tetras intrare latebras:  
 Assuetus clara luce per astra frui.

## Epigramatum

Arma virum potius cantu cecinisset honesto:  
Aut quod socratici constituere libri.  
Non tamen id cause est: vilem cur ferre laborem  
Negligat: impositum cudere coepit opus.  
Aera componet: ventosq; in carmina vertet:  
Quod veteres versu non posuere: canet.  
Verum consumptum rebus tam vilibus eum:  
(Posthabitis claris) non sine laude: dolet.  
Non magis enee: nec magnus notio: hector:  
Nec magis augusti cesaris arma forent:  
Nec tam prestantum legerentur bella quirinum:  
(Imperio quorum subditus orbis erat)  
Maxima quam regum clarerent gesta: ducumq;  
Portugalensum: magnaq; facta virum.  
Vos: quibus eloquiū et rerum prudentia nota est:  
Vos: quibus altisonans paruaq; musa placet:  
Iudicio totum recti censete profundo:  
Adentiar: an potius: dicite: vera loquar.  
Atq; ita veridici nostro succurrite regi:  
Consulite: et sanum tradite consilium.

### Epigramatum liber primus.

#### Ad omnes reges de iohanne aquila et gallo pyrata.

**C**edite viuentes reges: concedite praesci:  
Ledeq; quod maius regib<sup>9</sup> orbis habet.  
Et tantum nostro regi cedatis oportet:  
Quantum aquile cunctas cedere fas volucres.  
Qui quanq; magnis animis et viribus estis:  
Non pudor est: vincant principis huius opes.  
Subtriceo dotes animi: quibus alter apollo est:  
Subtriceo diuam corporis effigiem.  
Fortune tam magna manu bona possidet vnus:  
Troeseos: indos: exuperetq; arabas.



## Epigramatum

Siue humanarum mouet admiratio rerum:  
Ipse metum rursus moesticiamq; monet.  
Tali vita modo mihi montis alumna quieti  
Ducitur: hanc placidam precipuamq; reor.  
At vos: qui nitidas inter gaudetis amicas:  
Dicite num vestra fors mea sorte minor?

¶ Ad posteritatem de  
henrico cotino.



¶ Certeui henrici cotini dicere laudes:  
Sed tenues vires mēs mea sensit hebes.  
Quid facerē? quantū centum concessit honoris  
Ipse etas: tantum solus honoris habet.  
Qui si bella gerat: surgit tirythius ardens:  
Hispanis: gallis: notus et ausonijs.  
Siue toga magnis tractet de rebus: acumen  
Tale micat: docti quale platonis erat.  
Aditior hoc nemo: nemo iocundior ipso:  
Hosti: si sit opus: fit leo terribilis.  
Qua re age posteritas numeris celebrate canoris  
Tuq; faue ingenijs rex bone quisquis eris.

¶ De perfecto amore: concordiaq;  
regis: regine: et principis.



¶ Perte anime triplicē genuit natura: sed vna  
Queq; triū pariter fixa duabus inest.  
Prima est magnanim⁹ rex: regina altera: pnceps  
Tertia: quis eadem mens: eadem studia.  
Que minor etate est: forma: virtuteq; par est:  
Sed que sit melior dicere: difficile.  
De quibus a superis hec est sententia: q; si  
Vna trium desit: mox alie pereant.  
Hanc animā cuncti veneremur: sponteq; nostros  
Debemus toto dedere corde dies.



Epitaphia pro eodē pncipe.

Alphōsus pnceps hic sext<sup>o</sup> ab ordie regū est  
Alta nimis raptus post hymenea fuit.

Qui vix infelix tria lustra peregerat: et dum

Currit equo: preceps ante tagum cecidit.

Unicus vt natus: toto sic vnicus orbe:

Celo: non terra viuere dignus erat.

Ferrandum: helisabet: soceros: patrēq; iōannē:

Exanimēs: sponsam: et te lianoza facit.

Forma: fides: pietas: grauitas: facundia: mores:

Baudiaq; hic secum cuncta sepulta iacent.

Aliud.

En decus extinctus nature alphonsus et artis

Princeps: extremus prima iuuenta dies.

Prestiterat cui mars animos: sua muner a pallas:

Cui dederat phoebus quicquid honoris habet.

Hunc europa pijs lachrymis celeberrima fleuit.

Bens sua tartareas truditur in tenebras.

Aliud.

Vna auis in terris: sic filius vnicus: et sic

Alphonsus toto princeps fuit vnicus orbe.

Aliud in quo natura et fortuna tristant.

Fecit opus natura pium: confirmat amice

Fors bona: mutato numine rumpit opus.

Alphonsus princeps opus est hoc: vtraq; moeret:

Hic q; rupit: quod par facere illa nequit.

Aliud.

Horibus alphonsus cato: pulchritudine phoeb<sup>o</sup>:

Raptus equo preceps occidit ante diem.

Aliud in quo ipse loquit.

Vos moneo o reges: nullis confidite rebus:

His nisi: quas gratas creditis esse deo.

Alphonsus princeps hic sum: nihil ecce reporto

E vita: nisi quid mens operata boni.

Aliud.

Quo melior nullus: quo non formosior alter:

Alphonsus princeps: mors violentus equus.

## Epigrammatum

Aliud: in quo ipse viatorē alloquitur.

Done modum lachrymis: questus deponere viatorē

Approbo quod iussit: constituitq; deus.

Alphonsus princeps ego sum: dum litore curro:

Lapsus equo preceps ante tagum cecidi.

Aliud: in quo loquitur viator.

Es tu ne alphōsus pnceps: gēs terraq; moesta est.

At deus exultat: angelicq; chori.

Aliud.

Si decuit nunquam miseros effundere fletus:

Nunc decet: et pulchras dilaniare comas.

Alphonsus cecidit princeps: qui moesta reliquit

Omnia: quo casu cuncta elementa dolent.

Aliud.

Cuncta cadūt: virtusq; manet: memor esto iuuentis:

Alphonsus princeps en iacet hoc tumulo.

Aliud.

Deu fortuna nimis iuuenili quem abstulit euo:

Erepto ante tagum protinus ecce dolet.

Unicus alphonsus princeps fuit: omne decorum

Quod natura habuit: huic pia contulerat.

Aliud.

Alphonsus tumulo princeps celsissimus isto est:

Defuit egregium nil: nisi longa dies.

Aliud: in quo ipse suos alloquit.

Vos precor o genitor: mater: moestiq; propinquis:

Ut se quisq; suis temperet a lachrymis.

Alphonsus princeps inter celestia viuo:

Cum socijs summo fercla ministro deo.

Aliud.

Principis alphonsi tam moesta est funere mater:

Decessit dubium est ille: vel illa magis.

Aliud in quo ipse patrem

et matrem alloquitur.

Parce pater fletu et mater moestissima: nam me

Alter habet genitor: altera mater habet.

Alphonsus quondam princeps: perfectior illo  
Nunc fruor eternis letus imaginibus.

Aliud

Terra dolet: gaudet celum: exanimantq3 parentes;  
Alphonsi per equum principis interitu.

Aliud in quo ipse loquitur

Air pater aut genitrix tã me lachrymãdo quietũ  
Uerat: quam flentis emanuelis amor.  
Flere precor cesses o dulcis auuncule quõdam:  
Alphonsus princeps qui fuit: ante deum est:

Aliud

Et celum: et tellus: ignis: mare: muta q3 moerent:  
Amisso alphonso principe tam iuvene.

Aliud

Spes erat hesperie alphõsus: qui sidº olympo est:  
Ante sibi nocuit nil cecidisse diem

Aliud

Ante tagũ velocis equi dum laxat habenas:  
Alphonsus princeps migrat ab hoc iuuenis.  
Si bustum posset uiuos ostendere vultus:  
Clamares: ah q3 mors violenta fuit.

Aliud

Ut fuit in mundo cunctis carissimus: eque  
Alphonsus toti princeps acceptus olympo est.

Aliud

Non fuit in terris: nec erit sublimior: inde est  
Alphonsus princeps imberbis adhuc situs astris.

Aliud

Princeps cui lianoza parens: genitorq3 ioannes:  
Aiuentum alphonsus flosq3 decusq3 fuit.

Aliud

Qui forma nulli fuit et probitate secundus:  
Alphonsus princeps: hic iacet ante diem.

Aliud

Alphonsus fruitur celesti nectare princeps:  
Ossa licet duro marmore clausa cubent.

## Epigramatum

Aliud.

Solerat in terris princeps alphonfus: at inter  
Nunc micat angelicos gloria celsa choros.

Aliud.

Quo tellus ornata fuit: iam gaudet olympus:  
Alphonfus princeps: mors sibi cursus equus.

Aliud.

Fulgebat mundo: nunc fulget gloria celo:  
Alphonfus princeps raptus equo iuuenis.

Aliud.

Adoribus iste senex: iuuenis fuit optimus annis:  
Alphonfus princeps precipitatus equo.

Aliud.

Alphonfus princeps quondam: nunc raptus in altis:  
In me si pius es: non lachrymare precor.

Aliud.

Qua sol occasum properauerat ante tagu hora:  
Alphonfus princeps raptus equo est iuuenis.

O rem miranda: nigruit tum sole cadente  
Orbis: sic tanti principis interitu.

Aliud.

Adortalis: qui totam spem in humanis collocas: lege  
queso casum hunc miserandum et inauditum. Alphon  
sus iohannis secundi regis et lianore regine portugalie  
vnigenitus: gener ferdinandi et helisabet castelle re  
gum: post nuptias auro argentoque ac preciosissimis vesti  
bus celebratissimas: quales antehac nunquam celebra  
te sunt: dum sancterene cum patre multisque regni proceri  
bus: obambulandi gratia equo curreret: princeps iuxta  
tagum decidit: perdita loquela: equo impedito cuius  
dam pueri interposito. Sequenti die eadem fere hora:  
qua cecidit: migravit ad deum pulcherrimus: libe  
ralissimus: sapientissimus princeps: annorum decem  
et sex. Summo mane in monasterium (quod belli  
dicitur) ubi cadauera regia reponuntur: allatum.  
Solennissimisque exequiis: ex omni regno confluentibus

bus hominibus: sepultum et piissime ploratus. *Ca-*  
sus accidit mense iulij: die martis decimo tertio sta-  
tim post occasus solis: millesimo quadringentesimo  
nonagesimo primo.

**C**Ad ioannam regiam sororem:  
vulgo infantā: de varijs petitori-  
bus: et quo modo sit viuendū.

**S**Ime forte roges: vel si non ipsa rogares:  
Huc inopum dicam cur bona turba ruat  
Singula non possem (numero quid longius illo?)  
Dicere: de multis carmine pauca canam.  
Clara ex siluarum generosa gente creata:  
Et prefecta iesu sacra monasterio:  
Pituitam melius venientum nouit: euntum;  
Nanq3 frequentate sedula cura rote est.  
Si quis eat romam: vel si quis venit ab illa:  
Aut christi ad fratrem: munera certa petit.  
A seuis alius capto latronibus auro:  
(At potuit) nudus huc quoq3 vertit iter.  
Quicumq3 euasit saluis rabiosa carinis  
Equora: mendaci quo sit habenda fides:  
De te vincenti queritur pie sancte malignus:  
Illisamq3 gemit in tua sara ratem.  
Qui nunquam didicit: fuerit nec cura studendi:  
Pergere sollicitus preparat ad studia.  
Religiosus erit: castam qui ducere vitam  
Horet: et hinc spreta relligione fugit.  
Auerium properat: furcis qui dignus et igni:  
Intrepido vultu poscit amore dei.  
Nec desit qui crura liget: graue fingat et vlcus:  
Et claudus nummum voce tremente petat.  
Proq3 fide hic pugnans testatur vulnera: et ille  
Abscissas teucro iactat ab hoste manus.

Epigramatum

Anus forte fuit leno: aut deprensus adulter:  
Confosso fugit corpore vulneribus.  
Alter vel rapuit: delictum ve improbus ausus:  
Damnatus poenas iudicis ore dedit.  
Si quis equis italo in bello spoliatus et armis:  
Non repetit pro quo prelia gessit: eques  
Sed pedes a domina pulso de fronte pudore:  
Extorquet scripto munera magna dato.  
Atq; aliquis pera barba longoq; capillo:  
Natum se antiqua stirpe modestus ait.  
Isq; verecundus non hostia singula pulsat:  
Sed tantum limen non pudet ire tuum.  
Ille hierosolymam vadit sanctumq; sepulchrum:  
Indos hic falso se penetrare refert.  
O stultam gentemq; mala: qua stultior illa est:  
Que minime cernit quid pietatis opus.  
Egrotis confer: senibus sine viribus: ijs quos  
Vivere sudore non decet: aut nequeunt.  
Cetera: fallaces scelerati turba putentur:  
Indigni vita liberiore frui.  
Quid? q; et argenti multum pallentis et auri:  
Sepius oclusum vilis amictus habet?  
Sed nec adhuc diri causam: miserabile vulgus  
Nec loca cur tritis vestibus adueniat.  
Ingens hispanas volitat iam fama per vrbes:  
Degere te hoc pingui diua iocanna loco  
Nata: soror: neptis: regisq; proneptis: et vltra.  
Effulges magnis vndiq; principibus.  
Pauperibus fereris largiri multa libenter:  
Que doleas: miseros quando iuuare nequis.  
Quodq; nepos egre peregrino interprete gaudet:  
Confusus proprii viribus ingenij:  
Fallitur: ac dubius rapidis errabit in vndis  
Consilio vitam ni sapientis agat.  
Et minimi summiq; viri sapiente ministro  
Lunta gerunt, sine quo grandia facta cadunt.

Illesam a nocuis fac te prudentia seruet.  
 Insidias mira quilibet arte parat.  
 Que tibi nunc cecini: qui dicta refellere tentet:  
 Non faciet propter te: tua dona volet.  
 Nec ego (nec fallo) seruo mihi crede fidelis:  
 Te: te propter: amo: non tua propter: amo.



¶ De quodam indo.

Uenerat extremis (sic dixerat) indo ab oris.  
 Ethiopem quanuis osq3 colorq3 probet.  
 Inq3 rotam celeres tritam tulit aduena gressus:  
 Per claram a domina poscit amore dei.  
 Illico foeminea properant pia fercula dextras:  
 Affertur munus quale solet paribus.  
 Postquam sedauit ventrem potuq3 ciboq3:  
 Ut minimum renuit omne: quod obtulerant.  
 Adducens pro se dictum mirabile: q3 non  
 Et tanta soleant talia dona dari  
 O prauum: o plenum mirandis fraudibus indo:  
 Ipse quoq3 insidias qualibet arte parat.



¶ Ad caterinam.

Caterina vides dñe pia nuncia prauos:  
 Que merito ex diue nomine nomē habes:  
 Sic petit a domina nummos: petit ille fauorem:  
 Tanta petitorum deniq3 turba ruit:  
 Quod si prompta daret: semper: quecunq3 petūtur:  
 Bina mali effoderent lumina carnifices.

¶ Ad ioannam regiam



sororem: qualiter dan  
 dum.

Gse tuis dandū moneo: nō omnibus eque  
 Pauca dabis noto pluraq3 seruitio.  
 Porrige et externis: hoc his sed porrige pacto:  
 Aut nihil: aut multum: ne tua fama minor.

¶ Ad eandem vt prouideat pestilentie.

O reginarum mihi que regina videris:  
 Pastor oues seruat: tuq3 tuum populum.

Epigramatum

Idq3 cito efficias: nanq3 egrotante sepulto:  
At det opem: frustra currimus ad medicum.  
Hoc pacto primū superis: mundoq3 placebis.  
Famaq3 maiorum iam tua maior erit.

¶ Ad eandem egrotantē.

Ipsa iaces lauto (fama est) egrota cubili:  
Nec minus hoc casu gens tua cuncta iacet.  
Quodq3 doles: populi moerent: superosq3 precant  
Omnis vt a niueo corpore langor eat.  
Nec cantus solitos: risusq3 effundere gaudent:  
Virginee defunt longa chorea manus.  
Non refero carum tua flentem aduersa nepotem:  
Angitur: et pallet: et gemit vsq3 puer.  
Quinetiam lapides: herbe moerere videntur.  
Tristantur morbo cuncta elementa tuo.  
Et tuus ante alios hac moeret sorte cataldus:  
Cui dur: et sola es: ignea stella: comes.  
At vos o morbi dominam dimittite nostram:  
Istius plures continet vna salus.

¶ Ad eandem.

Calliope moesta est: nec dulcia carmina cantat:  
Nisi valeas: iam iam mortua proorsus erit:

¶ Ad eandem.

Fama volat: tandem nunc te mea vita valere:  
Estq3 mihi misero reddita prima salus.  
Eia age te nostris oculis permittite videri:  
Ne desiderio torquear: et peream.

¶ Ad eandem.

Qui nunquā potuit versum componere: si te  
Vidisset forma hac: iam carmina mille notasset.  
Ergo qui nouit versum componere: de te  
Non solum totidem: sed centum milia condet.

¶ Ad eandem de susceptione egro-  
tationis in se ipsum.

Westerno caterina die sermone benigno  
Rettulit a domina carmina nulla legi.

Anxia propterea subita q̄ febre cubaret:  
 Et quod vix fieret copia parua sui.  
 Hac velut vnguento lenitus voce recessi:  
 Atq; abij letus: qui modo tristis eram.  
 O vtinam in mea mēbra tuos transferre dolores:  
 Et possem morbi: lux mea quicquid habes.  
 Promptus ego arriperem firmo q̄dcūq; fuisset:  
 Corpore: de inualido corpore grande malum.  
 Et ferrem robustus onus: tum si qua darentur  
 ꝑ̄ocula: et illa forent toxica: mel saperent.  
 Quod si forte salus contingeret: optima mecū  
 Omnia: mi maior gratia: maior amor.  
 Si morerer: multo multoq; beatior essem:  
 Maxima de nostro funere fama foret.  
 Quod pietate noua nate regisq; sorori  
 Eripui letum contribuīq; dies.  
 Tuq; mei curam caperes: tradiq; sepulchro  
 Adandares hominum me sociante choro.  
 Et quando aueris ferretur inane cadauer:  
 Ad bustum misero compositum pheretro:  
 Plorarent iuuenes: plorarent triste puellae:  
 Clamarent: domine quā pius iste fuit.  
 Inuicto solus contemnens pectore mortem:  
 Sponte subit domine fata seuera sue.  
 Que ve monasterio degit: tuq; humida: pro me  
 Funderet ex alto pectore moesta preces.  
 Ante meum interitū verbis expressa rogarem:  
 Si possem mentem testificare meam.  
 Illud supplicibus manibus genibusq; reflexis:  
 Orarem tremulis vocibus exanimis.  
 Filia nata mihi vix hinc trieteride: que nunc  
 Nescio si hoc nostrum an regna superna colat.  
 Hanc cōmendaret solum postrema voluntas:  
 Edita cum partu est orba parente fuit.  
 Si nescis sicula tellure moratur alumna  
 Illa tibi cure: si tibi cura mei

## Epigramatum

¶ Ad eandem.

Ecce iaces iterum nostre spes certa salutis.  
Plus solito crescit iam mihi triste malum.  
In te de nostris vtinam transferre liceret  
Longior vt merite sit tibi vita: dies:  
Spōte meos ( quicūq; ) dies tibi primus et annos:  
Uxorq; nepos doner: cunctaq; turba suos.  
In primis totos clara et caterina sorores  
Bauderent annis accumulare tuis.  
At tu non cesses te febre leuare iacentem;  
Quisq; valente valet teq; dolente dolet.

¶ Ad eandem.

Hoc mihi solue precor lux o clarissima regni:  
Audiat eternus sic tua vota deus.  
Cum loqueris mecū fio letissimus: idem  
Quod nequeo vultum cernere: moestus agor.  
Dic mihi: quam capio verbis maior ne voluptas?  
An dolor: aspectu non fruar ipse tuo?

¶ Ad eandem.

Scripsimus: et nondum que sit sententia dixi:  
Ade miserum: nostri non memor esse potes.  
Egrotum corpus: mihi mens est egrior: at te  
Lux mea cum primum videro: sanus ero.

¶ Ad eandem de tuendo  
a frigoribus georgio.

Consumit rigidum durissima robor a frigus:  
Humanis obsunt frigora corporibus.  
Matus aquis gelidis piscis mala frigora vitat:  
Res penetrat glacies cum niue marmoreas.  
Quanto plus glacies puero teneroq; nocebit:  
In quo sit firmum nil: nisi spiritulus.  
Hac re vitata ( veraci credite vati )  
Semper erit regis filius incolumis:

¶ Ad eandem.

Cum sis docta nimis: cū sis virtutis amatrix  
Cum teneas alte palladis ingenium.

Nescio cur placidas non vis admittere musas:

Adoze nec assueto porrigere aurículas.

Altera iam poterit de causis esse duabus:

Quarum (subdubito) sit minus vtra velim.

Seu quod displiceant velut absque lepore camenes:

Siue quod ex imo corde tibi excidimus.

¶ Secum ipse.

De miserum: lacero: laceri miserescite gentes:

Ledit ab afflicto corpore vulsa anima.

Eripit ante diem sicut mors atra catadum:

Scribere qui regis ceperat arma sui.

Plura pericla soli: qui ponti strenuus undas:

Vulneraque euasit: que sibi fecit amor.

Nunc foeda opprimitur scabie miserabilis: heu heu

Ex tantis nescis que tibi fors veniat.

¶ Ad iohannem norognam.

**S**olus oliuifero sacroque in monte relictus

Ecce iacet moestus gratia parisius.

Jam non calliope: iam non solatur apollo:

Afflictus miseris concutitur tenebris.

Quando aderas (quaque nimium fortuna premebat

Fundebas lepidis aurea verba modis.

Lenibas leso conceptum corde dolorem:

Ipellebas omnem carmine tristitiam.

Teque frui contentus eram: ditissima regna:

Vel pro te poteram spernere pene iouem.

Nunc quid agam ignoro: tota vago: anxius urbe:

Conspicio nec te: qui mea vera salus.

Alter abest: nostri damni cureque leuamen:

Quique voluptatis vnicus autor erat.

Huc ego credebam per tanta pericula vectus:

His aliqua in terris posse quiete frui.

O spes o curas o falsi gaudia mundi:

In medijs iactor turbine tiphys aquis.

Gratia bina meum torquet sine verbere pectus:

Altera maior adest: altera sorte minor.

Epigramatum

Maior contendit propere depellere regno:  
At certat contra me retinere minor.  
Vincet amor (quoniam melior maiore) minoris:  
Sic vivat felix secula plura minor.

**A**d caualerium.  
Adio nescio quem deformi vertice tōsum:  
Auricumq; mihi bella parare asinum  
Est qui nodoso baculo venturus vt aiunt:  
Quo miserum turpi verberare me feriat.  
Quid faciam? dubio fortissime consule miles:  
Expectem an potius dem mea terga fuge?

**A**d petrum comitem.  
Perlege lux nostre spes et certissima vite  
Que vidi hesterna gaudia nocte precor.  
Presbiter ille domum senis aduentavit amici:  
( Quo cum erat antiqua iunctus amicitia )  
Atq; vbi consperit sponsam dormire cubantem:  
Repit amor mentem: repit et ipse furor.  
Ascendit: tumidūq; feror vix continet inguen:  
Illa virum sentit: nec videt esse suum.  
Quid faciat? clamare vetat pudor: inguē ad vnguē  
Et placet: horrendum miscet vterq; femur.  
Ecce super turpis veniens vetulusq; maritus:  
Conspicit externum coniugis in gremio.  
Obstupuit: casuq; nouo tremefactus: et ira  
Percitus: hunc stricto corniger ense petit.  
Ille fugit: pingues stillans ex inguine guttas:  
Et quid agat nescit: sed fugit attonitus.  
Fit strepitus clamorq; ingens: ad talia somno  
Excitor: et mecum nil nisi risus erat.  
Fac somnos ergo contempnas petre: nec illis  
( Quauis sepe monent ardua ) habeto fidem.

**A**d eundem  
Ratia didacus est: et gratia didac<sup>o</sup> ipse est:  
Dic quare hec mecū est: et pcul alter abest?

## ¶ Ad didacum.



Quicumq; in sacra sit religione futurus:  
 Bis senis se se mensibus ille probat.  
 At ego sum totidem menses: ultraq; probatus:  
 Hac vestra nec sum religione sacer.

## ¶ Ad eundem.

Adortuus et vetulus: vel presbiter asper uterq;  
 Inspiciunt toruis carmina luminibus.  
 Coguntur laudare quod odere: inclyta virtus:  
 Et faciles mores: et ratio ipsa iubet.

Ergo diu verum nemo reticere malignus:  
 Nec poterit contra fasq; piumq; loqui

## ¶ Ad eundem.

Adortuus: elatus: vetulusq; et presbiter in me  
 Unanimes: istis didace solus abes.  
 Omnibus insudant horis me ponere ab arce:  
 Tu contra: nitens ponere in arce studes

## ¶ Ad eundem.

Contra presbiteros: seniozem: mortiferumq;  
 Pro me iusta diu didace bella geris.  
 Nec ego dum scribo: credis me forte iocari:  
 Spero leget chartis illita: posteritas:

## ¶ Ad eundem.

Presbiter ille tumens: et presbiter inuidus alter:  
 Adortuus incedens: iunctaq; turpis anus:  
 Coniurant trepidi siculum depellere regnos:  
 Ille tamen ridet: ridiculosq; vocat.  
 Iidem omnes: si forte suas remearet ad oras:  
 Clamarent magnum mirificumq; virum.  
 Aspice quantus obest liuor dementibus: vno  
 Adomento mutant didace propositum.

## ¶ In inuidum.

Si siculum vates istis cessisset ab oris:  
 Quamquam caperes inuide letitiam



Vere aliū vatem rex augustissime regū:  
 Heroo versu qui tua gesta canat:  
 Nam mihi iosephus pilulas cum tradidit atrae:  
 Armavit seuam seuior arte necem.  
 Quippe nouem elegit: quales non taurus inisset;  
 Que vacuant terno me laniantq3 die.  
 Nec valet alphonfus solitā reparare salutem:  
 Erigui custos assiduusq3 loci.  
 Huc itali galliq3 truces balbiq3 britanni:  
 Adiliaq3 huc hominum foemina masq3 ruunt.  
 Aduena se claudū fingens noua balnea querit:  
 At struit ad furtum pessimus insidias.  
 Hinc mecum leo fortis adest: qui dente minaci:  
 Que mea sunt seruat qualiacunq3 vigil.  
 Undiq3 paupertas miserabilis vndiq3 morbus:  
 Nil nisi tristitiam: nil habet iste locus.  
 Jam stygis horrendas video: penetrasse paludis:  
 Infernas video: nasse acherontis aquas.  
 Hic gemit ob foedā scabiem: dolet ille podagrā:  
 Hunc vexat laterum discruciatq3 dolor.  
 Atq3 senex aliquis grauior sene nestore: credit  
 In iuuenem thermas vertere posse senem  
 Hic tremit hic tussit tonat ille ex gutture raucū:  
 Heu peccata miser sic sua quisq3 luit.  
 Hic tremulis digitis citharam pulsare videtur:  
 Autantiq3 alius fronte minatur auus.  
 Infans sollicite matris gestatus in vlnis  
 Agit: et ad mammas porrigere ora negat.  
 A dextra hi gemitus: sed sunt peiora sinistra:  
 Clamor vbi et murmur et muliebze melos  
 Abbatissa frequens ouibus balantibus astat:  
 Que nisi refrenet arua aliena petant.  
 Vix tantum mugie placidis letatus in agris  
 Oppidulo hoc quantum moesticie capio.

Non scurre: mimi: nebulones: scorta qz defunt:

Huc sceleratorum conuolat omne genus.

Inter tot miseras animi curasqz molestas:

Arripient vitam tristia fata meam.

Est tamen euentus dubius mihi mortis acerbe:

Si noxiar: pro me dic miserere mei.

Verum iudeo pie rex ignosce fidelis:

Non peccat: nulli qui studet vt noceat.

Filius interea non pretermittat horati

Quotidie centum carmina construere.

Si curabor: aquas scribam virtute calentes:

Nec leuibus numeris hec loca sacra canam.

¶ Ad iohannem regem.

Dum canibus lepores cursu sectabar inanis:

Hesterno mundi maxima stella die:

A canibus natura capi negat ipsa volucres:

Diri: quod statim percipis et reseras.

O rem celestem: solus tu auis illa iohannes:

Que terrena premis sub pede et astra volas.

Air dū labra mouēt homines: z protinus hauris

Quecunqz in ceco condita corde latent

Ledat alexander: cesarqz octavius: hos tres

Fama canit: tactum te manibus colimus.

¶ Ad eundem.

Horrendam nuper lepores fecere podagram:

Hec eadem leporem dissipat ecce nouum.

Parce precor: sum forte tuo venatus asylo:

E celo diuos attrahat iste locus.

¶ Ad eundem.

Adhæstus ego interdum contendo cernere gemam

Letitiam que dat tristitiamqz fugat.

Nec sinit excelsæ crudelis ianitor aule:

Eiectus repeto moestior inde domum.

Dumqz illam hesternæ tentassem luce videre:

Castaneus clamans clausit in ora fores

Quare quid faciam: sapientia consule supplex

Obsecro: phoebeum es tu mihi consilium.

## Epigramatum

Ad eundem.

Priscorum regum rex prudentissime: et horum  
Quos claros mundo secula nostra ferunt:  
Filius ingenio plusq̄ mirandus: et arte:  
Cum doctis grauius disputat: et loquitur:  
Cum venit ante tuum conspectū: multa rogatus:  
Contemplans alto plurima corde: tacet.  
Et monitus totiens a preceptore cataldo:  
Quicum non profert (vt solet) eloquiū.  
Tu qui sub magno nosti existentia celo:  
Que velatent medio: vel super est aliud:  
Scis cur id faciat: sensum tamen accipe nostrū:  
Quāuis imprudens dicar: et improbulus.  
Quod tua maiestas sapientem terreat omnem:  
Promereq̄ amisso verba vigore nequit.  
Vel quod natus idem pater est: personaq̄ vterq̄  
Vna: ideo secum negligit ipse loqui.

**A**d georgium menesium.  
Leucus: merito quē possis dicere tristem:  
Ecce iterum solito fortius ore tonat.  
Unde hoc eueniat: mesi aduerte georgi:  
Periurus lingua grande foramen habet.  
Iudeus fuerat: nunc vero neophytus: inter  
Christicole sacras nomen adeptus aquas.  
Ergo rex fieri complura foramina lingue:  
Adandet: vt hinc tanq̄ tibia lingua sonet.

**A**d radaritū nō soluentē diaria.  
A darite scias geminos me scribere libros  
Huic coruū posui nomē: et illi aquilam.  
Virtutes aquila: argentū celebramus: et aurū:  
Portugalensum crimina coruus habet.  
Soluere si non vis quodcūq̄ iuberis honeste:  
Tincta meo coruo iam tua facta legent.

**D**e ethiope: regio doctore.  
Doctor eram: licet indoctus niger aulicus: auri  
Abde cecauit amor: quisquis es: adde preces.

Logere non potuit lardum nec cera fateri:  
 Lozaq3: nec varijs verbera seua minis.  
 Qui timui furcas: heu maxima damna reorto:  
 Iperpetuus domini pelloz ab ore mei.  
 Non habuit maius clementia cesaris in me:  
 Quam cui rem rapui dedere: supplicium.  
 At vos ethiopes nostri miserescite casus:  
 Disciteq3 huic nunquam displicuisse deo.

**S** Ad grimaldum genuen  
 sem inter nauigandum.

Quantu valeat vires nostreq3 camene:  
 Non es adhuc certus: et dubitare refers.  
 Et que conscripsi de rege volumina versu:  
 Tu maiora meis viribus illa putas.  
 Et que liberioz pedibus diuersa peregi:  
 Ingenio nostro fortioz acta negas.  
 Atq3 ita preclarum quicquam me denuo cogis  
 Condere: quo veri maior habenda fides.  
 Dura quidem petis: officio contraria nostro:  
 Nam studium placidum iura seuera fugant.  
 Ex quo agito in patria causas patronus: et idem  
 Justiciam trepidis sede ministro reis:  
 Barbara facta mea est: quin rustica facta thalia  
 Difficile ad prisca nouit adire sonos.  
 Hinc heliconis amor cecidit cecidere sorores.  
 Corruptis a deo legibus implicito.

Si tamen audenti mihi fors arriserit: aut si  
 Quisquam alius tepidum fouerit ingenium:  
 Quales iterum caperet mea musa vigores:  
 Antiquum caneret dulcius omne melos.

**C** De duobus ioannibus apud  
 regem gratiosis.  
 Olloquijs caris iunges se gratia duplex:  
 plurima per virides aurea sparsit agros.  
 Par animis: par ingenijs: virtuteq3 et annis.  
 Quivificet (dubium est) illa: vel illa magis.

*Quid tibi tu curra quid in pueris  
 hanc manu molis  
 uoluntate dimitte sup for  
 Felix via pmanet pmarthal vally*

## Epigramatum

Utraq; si fuerit pro me complexa tonantem:  
Jam iam diuino numine plenus ero.

### Epigramatum liber secundus.



#### Ad lianoram reginam.

Mandaſti quotiens: totiens regina negaui  
Aſſuetum nullis moribus obſequium.  
At doceam pulchram matura etate puellam:  
Blandaq; cui roſeo ridet in ore venus.  
Ignem cum ſtuppa vis admiſcere furentem:  
Perſpice quid iubeas: culpa futura tua eſt.  
Sim quanuis conſtans et ad omnia grandia fortis  
Lomburet miſerum: vertet et in cinerem.



#### Ad georgium regis filium.

Si te fortunent patrē: fratremq; georgi:  
Fortunent etiam mens tua quanta cupit.  
Non ceruus ſed taurus erat pleniffimus annis:  
Confixum miſit quem tibi cara parens.  
Moui ego tale animal facinus portendere maius:  
Manq; tuo memini ſic cecidiſſe patri.  
Seruitium hoc ceruo mulirec dico futurum:  
Non ego cum cecini talia: falſa tuli.

#### Ad eundē de eius ſubita egrotatione.

Nescio quis morbus teneros tibi repleat artus:  
Veſterna o noſtri maxima nocte ſalus.  
Fundebat iuſtas lachrymas cariffima mater:  
Ipreq; dolore amita fundere ſicca nequit.  
Conſobrina venit ſubito confuſa furore:  
Altera: quam vocitas nomine mater adeſt.  
Orabant ſanctis precibus cū virgine chriſtum:  
Pollicite ſummo grandia vota patri.  
Audiit ex alto tantarum vota preceſq;  
Queq; erat exanimis: illico leta fuit.  
Reſtituit primo nam te deus ipſe vigori:  
Et pepulit toto pectore quicquid erat.

Interea nostras peruenit nunciū aures:  
 Et mea terribilis concutit ossa metus.  
 Protinus exilio: voluens vestemq; pedesq;  
 Percurro solito sordidiora luto.  
 Nunc hunc: nunc illū furibundus scitor: et heu heu:  
 Exieram villam non memor ipse mei.  
 Ut me collegi: celer ad tua limina veni:  
 Est te responsū conualuisse datum  
 Viue precor felix: quia te egrotante nequimus  
 Vivere: tu multis vita superstes eris.

**A**d didacum solum.  
 Quersis quāto magis est oppressus amic?  
 Hoc magis intrepido pectore fortis adest  
 Seu foueat fortuna virum: seu deprimat illum:  
 Constantem telis frangere acerba nequit.  
 Non nisi magna cupit viventis munera fame:  
 Tantum conatur ire per ora virum.  
 Cetera fallacis fortune lubrica temnit:  
 Et bona virtutis anteferenda putat.  
 Didace: tot solitus nostros dissoluere nodos:  
 Qua fiat causa discute amice precor.

**A**d eundem.  
 Nescio cur nunquā nostris vis credere verbis:  
 Nec factis ipsis didace habere fidem.  
 Sed credes nostros: vel post data fata: recessus:  
 Ah dices: quantus: qualis et ille fuit.

**A**d eundem.  
 Presbiter ille ferox: auidus: timidusq; precatur:  
 Sublimi siculus cedat ab arce tuus.  
 Rumpantur potius: rumpantur corda malorū:  
 Quam tentet regem linquere parisiis.

**A**d eundem.  
 Aspice quanta tuo consistat pectore virtus:  
 Et quantus leto sit tibi in ore lepos.  
 Proposito fortem potuisti flectere vatem.  
 Et placidis verbis vertere marmoreum.

## Epigramatum

¶ Ad eundem.

Didace te nostris musis tam sepe vocabo:  
Quod mea vox aliud nesciet exprimere.

¶ Ad eundem.

Adortuus est: quē scis: et ego quoq; mortu<sup>9</sup>: at tu  
Es magis ambobus mortuus exanimis.

¶ Ad eundem.

Perdita que fuerat: mihi reddita vita videtur:  
Quod mulam rex est didace pollicitus.  
Sed vereor: ne dona suo pro more retardet:  
Et det pro tardo munere supplicia.  
Sit tamen vt cunq; officio tu functus amicus es.  
At mihi erunt celeres: optima mula: pedes.

¶ Ad eundem.

Si rex det mulam: parce appellare cataldum:  
Sed mortuiuiū dicere me poteris.

¶ Ad eundem.

Didace: didace: didace: didace: didace: clamans:  
Ex mortuiuiuo didacus alter ero.

¶ Ad eundem.

Westerno vidisse die te didace credo:  
In me sit putide quā bona mens vetule.  
Vidisti erecta et calua ceruice tumentem:  
Vidisti in mensa dicere presbiterum.  
Orem diuersam: dignam salibusq; iocisq;  
Et duratura ponier historia.  
Presbiter assistit fortis: dum gausape tollant:  
Illa autem nunquā mala moratur ouis.

¶ Ad eundem.

Anius in minimo caperetur cortice lentis.  
Totum: quod magna didace voce canis.  
Sit tua sedulitas: et paruo tempore disces:  
Quod non conciperet integra castanea.  
Atq; ita tu maior tantum distabis ab illo:  
Quam lens castanea dissidet horrifera.



Ad iohannem regem.

Talis in arboribus viuā si forte requiris:  
Accipe que molli carmine pauca fero.

Lata fuit de me misero sententia nuper:

Protinus hec eadem iam reuocata fuit.

Et modo ad herodem mittunt: atq; inde pilatū:

Alter soluatur: hic moriatur ait.

Inter scombrinos versatus mensibus octo:

Non potui tales fallere pisciculos.

Ipse met alcalauum iussu doctoris adiui:

Facturum leta fronte spondit opus.

Nescio quid fiet: vereor crucifigite dicant:

Et dira insontem morte perire velint.



Ad petrum alcalauū.

Petre vir insignis: merito cui pectora cesar:

Et sua plus alijs credere facta solet:

Cuiq; dedit clauēs paradisi iuppiter alti:

(Laudere quis celos et reserare potes)

Solue precor rigidi detentum carcere montis:

Carcere quo nullus soluit adhuc miserum.

Si solues: operi de te noua carmina ponam:

Si minus: horrendi tu mihi causa mali.

Ad eundem.

Petrus es: et super hanc petrā rex condere templū

Baudet: q̄ cunctis aptior vnus ades:

Es grauis: et mitis (fama est) perq; omnia cautus:

Talis es: et talem te reor esse virum.

At si mercedem: et mulam mihi tempore tardo

Aut nullo (quod non te duce credo) dabit.

Nec grauis: aut mitis: cautus ve videbere nobis:

Sed piger: immitis: durior et lapide.

Ad auditores.

Tu quicumque bibis nostro de fonte liquorem:

Hi de fonte tuo sparseris: haustus obest.

In quendam.

Durior es saro: mi daq; tenacior ipso:

Cum te non moueat lingua latina: fera es.

## Epigramatum

¶ Ad auditores.

Augustus panes cum pro mercedibus auxit:  
Istoris natum rettulit esse maro.  
Vos si pro factis dabitis mihi verba: putabo  
Ex vento: verbis: aere vos genitas.

¶ Ad iohannem regem.

**Q**uapide dudū subtractū mortuus ibam:  
Inspecto viuus maxime cesar eo.

¶ Ad eundem.

Adirabar cur tristis eram: cur eger agebam:  
Et cur atra foret: et sine luce dies.  
Ignarum stupidumq; latens me causa premebat:  
Adoesticiam nec qui pelleret vllus erat.  
Nunc vnde eueniat cesar (mihi parce) videmus:  
Tanti solus ades vnica causa mali.  
Nanq; tuo reditu ex moesto letissimus adsum:  
Que nebulosa fuit: reddita clara dies.  
Quare fac tecum semper me viuere supplex  
Oro: mihi nunq; sit tenebrosa dies.

¶ Ad eundem.

Non tot perdices habuere in corpore plumas:  
Ipro dono mittam quot tibi versiculos.  
Atq; ita: si post hac tam pingues sepe ferentur:  
De te: de que auibus grande volumen agam.

¶ De quodam arrogante.

**G**recta quidam pergit ceruice supinus:  
Confertus famulis vndiq; ridiculus.  
Idq; facit: possit sapiens magnusq; videri:  
Stulticiam reserat sed tamen ipse suam.

¶ Ad iohannē regem.

**U**ct<sup>o</sup> eq<sup>o</sup> niueo (sic vidi hac nocte) tenebas  
Ursum sub pedibus robore: et ore trucē.  
Portendit somnus bellum cum strage sypiaci:  
Corporeus visus mi solet esse sopor.

¶ Secum.

Adortuus ille quidem: quē scis peragrare superbū:  
Es tamen ignotus: mortuus ipse magis.

**S** De se ipso ad se ipsum.  
 Epe mihi dico: quorsuz furibunde catalbe  
 Lōcuteris: tecum qđ cupis intus habes.  
 Diuitijs multi: sed pauci helicone replentur:  
 Tu tamen ex magno diuite factus inops.  
 Non es inops: cum tu de tot sis vatibus vnus:  
 Iocundum est paucos carmine habere pares.

**A**d lianoram reginam.  
 Non tā magnifico: nec tāto ornata triūpho  
 Ibat foemineo pantefilea choro:  
 Quantus magnorum coetus generosaq; turba  
 Hoc regina fuit te comitata die.  
 Quippe equitans mediūq; forū mediāq; per urbē:  
 Ex alto visa es a ioue missa polo.  
 Rexq; tibi leuam: sed natus pone subibat:  
 Spectandi causa foemina masq; ruunt.  
 Hispanae cedunt domine galleq; potentes:  
 Teq; nihil toto dignius orbe ferunt.  
 Innumeras inter dominas: qui nescius esset:  
 Is te reginam diceret: haud aliam.  
 Viue precor: meritisq; faue studiosa poetis:  
 Eternam facient per celebremq; deam.

**A**d eandem.  
 Que magnas inter reginas vnica fulges  
 Inter et eternas annumeranda deas;  
 Ebbura dimissam te: promissamq; viana  
 Postulat: vtrum sit iustius: ipsa vide.

**A**d alphonsum principem:  
 Aicus in toto princeps amplissime mundo  
 Diceris: et priscis antefendus auis:  
 Adoribus: ingenio: forma: pietate: fideq;  
 Viribus: atq; animo solus et eloquio.  
 Quinetiam in terras si dijs descendere fas sit:  
 Delapsum tecto te rear ethereo.  
 Eia age te nostris facilem concede camenis:  
 Ingenium tu das: tu rapis ingenium.

Epigramatum

Ad reginam.

**S**olue mihi regina precor: quo nescius erro  
Inq3 dies tracta fronte stupesco magis.  
Siue tibi nigram vestem siue induis albam:  
Conuenit iste color: conuenit ille color  
Ponere purpuream candenti in corpore pallā:  
Seu vis ardentem ponere coccineam:  
Purpureus cuncta arte color prestantior in te est.  
At vero coccus te probat esse deam.  
Si cupias velare caput pro tempore vitta:  
Byrata exornat que modo longa fuit:  
Deniq3 tā pulch: o cum quicquā corpore ponis:  
Dicimus in mundo dignius esse nihil.

Ad ducem emanuelem.

**P**uero dux lacte nouem nutriti sororum:  
Quem deus ingenio fecit apollineo:  
Quiq3 die noctuq3 vigil quā plurima voluis:  
Primus et ante alios sanguine et arte duces:  
Accipe iocundus quod mitto ac fronte serena  
Perlege que dubius discutienda peto:  
Est natura grauis semper splendere smaragdi:  
Sardonycus lucet: fulgida iaspis: ebur.  
Multaq3 gēma nitet vario distincta colore:  
Quas preciosus arabs mittit et indus opes.  
Fulgozem argenti quisnam comprehendit: et auri:  
Et que sub celo non numerare queam.  
Cur totiens verum mutant perduntq3 nitorem:  
Regine quotiens corpore sunt posita:  
An q3 perpetuis mortalia iungere iniquum est:  
An vim splendore his surripit illa suo?

Ad poetas de iohanne rege.

**A**udite o vates nostri miracula regis:  
Taliaq3 altisonis concelebtrate modis.  
Nunquam rex italos equitandi nouerat vsus:  
Contracto in sellam doctus adire pede.

Sed quia inexpertā nullā ex virtutibus optat:  
 Regale audaci pectore sumpsit onus.  
 Aureo fulgentem loriam: armatus et hastam:  
 En niueo insueto more cucurrit equo.  
 Bis quater exercens validis hastile lacertis:  
 Longe italo melius strenuus egit opus.  
 Cunctaq; turba suum regem mirata: probauit  
 Dignius esse nihil: fortius esse nihil.  
 Quin sustentator ludi dum currit equestris:  
 Fregit in aduersi ter fera pila caput.  
 Ad magnus alexander: de quo speciosa poete:  
 Et cesar: de quo maxima gesta canunt:  
 Non id gessissent melius licet illa ferantur  
 Facta diu: hec nostre iam tetigere manus.

¶ De eodem rege.

Hastarum ludo vidi concurrere regem:  
 In bello qualis maximus hector erat.  
 Hunc ipsum vidi certantem mox pede docto.  
 Qualem te cithara phoebe fuisse puto.  
 Ignoro tamen vtrum sit preclarius ex his:  
 An chorea: an forti lancea ducta manu?

¶ De agnileone.

**Q**uoniam natus est animal mūdo excellētū vnū:  
 Quod deus etherea misit ab arce deum.  
 Agnileo nomen: cuncto preciosic 2 auro:  
 Est niue candidior: comis et effigie.  
 Virtutes preter: quibus enitet: emicat his sex.  
 Quis nihil in terris celsius esse reor.  
 Egrotos sanat: sanos conseruat: edacem  
 Ad oesticiam pellit: letitiamq; serit.  
 Quo ve magis spectas: magis hoc spectat laboras  
 Aspectu vitam datq; rapitq; suo.  
 Prima agnus: postrema leo pars corporis: agnus  
 Integer interdum est: integer ille leo.  
 Sequi bonis agnum prebet prauisq; leonem.  
 Dignum vitam viuere perpetuam.

## Epigramatum

Sic deus esse solet iustis mitissimus agnus:  
In iustis crude fit leo seuitie.  
Quisquis es ergo caue quicquid committere: ne mor  
Utraque horrendus sit tibi parte leo.  
Si nescis illum qui sit: bene concipe tecum:  
Virtutes nostri cesaris angelicas.  
Hic hic agnileo: regum iustissimus vnus:  
Optimus et regum maximus emanuel.

**C** De hercule et agnileone.  
**H**erculis inuicti laus est vicisse leonem:  
Nec minor est hydram perdomuisse truce.  
Herculis id facinus credis tu maius: an ipsi  
Pacanti clauam surripuisse manu?  
Maius ego et dignum maiori laude putarem:  
Tollere tam forti qualibet arte decus.  
Agnileo noster tam solers tamque benignus  
Ingenio vires contudit herculeas.  
Inde tulit clauam domino cedente potentem:  
O dignum vita: laudibus: imperio.

**C** De hospita surda: vetula: deformi:  
rixosa: enixa: pistrice.  
**S**pera me miserum nostro fortuna marino  
Obiecit: paucos implicuitque dies.  
Belua terribili fertur cognomine pistris:  
Flectitur ad nullas prodigiosa preces.  
Impia non audit quenquam surda aure precantem  
Tam bene quam vatum sanguine non alitur.  
Hanc ego sirenum praua de stirpe putarem:  
Si qua lyra in manibus: tibia si qua foret.  
Vel foret armatus telis cum tristibus arcus:  
Visa mihi proorsus iam libitina foret.  
Tres putrescentes nati circum vbera matris  
Non bene firmatis vocibus insiliunt.  
Sanguinis hec nostri carnem siccarat et ossa:  
In scabiem et maciem iam resolutus eram.  
Et cum me vinctum manicis: ac fune teneret:  
At sibi sim pastus horridus: utque suis:

*innotuit  
Laqueum  
et non libitani*

Agnileo magnus: qui vitam datq; rapitq;  
His infelicem morsibus eripuit.

Atq; ita nostre aquile conitar ponere pennas:

Altius integris viribus illa volet.

Et ferat eternum sublimemq; agnileonem:

Quem meritis terre nouimus esse deum.

Et ludouicus rerum plena arca bonarum:

Non vanus nostre sollicitator opis:

Omni carminibus cantetur tempore nostris:

Postulat id ratio preter amicitiam.

¶ Ad petr um hominem de

pistrice iam mansuefacta.

**P**etre heliconi adū nympharū semp amatoz

(Quāuis cor teneat cesar vbiq; tuum)

Quid mihi cū seua nuper pistrice dolenti

Contigerit: paucis accipe queso notis.

In mōstrum incideram fortuna vrgente marinū:

Protinus infelix dilaniandus eram:

Sed tamen a morsu liber nutu agnileonis:

Horrifera euasi tabificamq; necem.

Postmodo nescio quo fato compulsus: eundem

Districis recidi perditus in laqueum.

Antea seua quidem: nunc longe seuior artus

Jam semel erepti mandit et ossa mei.

Clamo miser: resonis reboat clamoribus ether:

Non aderat solitam qui mihi ferret opem.

Nec quid agam noui exanimis: succurrit apollo:

Dixit opem tecum si sapis ipse tenes.

Pallidulo memor inspersi de puluere: quo me

Adunere donarat optimus agnileo.

O miram: et cuncta rem tempestate canendam:

Que modo tam fuerat cordeq; et ore feror:

Pulvere lenita hoc: velut vnguento vncta: quieuit.

Aamboq; concordēs vnanimēsque sumus.

Hinc ego viuus ago grates soli agnileoni:

Et vitam ipse suis et sua res reparat.

## Epigramatum

Ad fertorium.

Fuchoat emanuel rem nullam: perficit omnes:  
Dic bone fertori tu ne: vel hic melius.



Ad petrum comitem.

Hinc ludouicus me cedit: nonius illinc  
Deseruit rapidis iam fugitiuus aquis.  
Ab eoz capistratum duxit carillus: et aspris  
Cessauit dudum cedere verberibus.  
Istorum melius quem tu fecisse putabis?  
Quem tingi nostro carmine petre iubes.



Ad didacum sousam.

Alma uolat: iam ia cingeris tepora mitra:  
O laus: o gentis flosqz decusqz tue.  
Et merito: quoniam sapientia tanta meretur:  
Ut caput exornet pontificale decus.  
Ista legas: relegasqz precor: si singula magnū  
Pondus habent: cunctis quid rationis inest.  
Ignis in angusto quicquid circū tenet: urit:  
Cum nihil est: se se destruit: et moritur.  
Sic: quem tu nosti: simili consumitur isto:  
Si nil dent quid agat: iam resolutus erit.  
Ingenium feruet: feruet modo flāmea bilis:  
Scribendi indomitis ignibus ardet amor.  
Isti si stomachū faciant: fortasse videbis  
Sumere barbarici iurgia longa fori.  
Adusa: nihil refert: de culta barbara fiat:  
Postulat id tempus: postulat idqz locus.  
Et cum materias tam longo tempore dixit:  
Et tribui multa non sine posse mora:  
Nocte mihi sparsis muse venere capillis:  
Fuderunt lachrymas: moestaqz verba: pias.  
O si vidisses laniantes vnguibus ora:  
Et niuea horrendas vertere in effigies:  
Plorasses: quanqz constans et fortis haberis:  
Adouissent ipsos deniqz cauidicos.

*Francis affluens  
Hinc uel aratur  
in eum si indispung  
gramm habetur agty*

Tandem me tenuit luctus miserabilis: et me

Continuit moeror: continuitq; decore.

Verum materias si multo tempore tardant:

Damnatum tristes aggrediemur opus:



Ad iohannem regem.

Solue tuo dubium rex inuictissime seruo:

Quod nisi tu soluas: soluere nemo potest

num fieri possit: q; quis non discat: et idem

plura sciat: si scit unde venire putas.

Cur sine doctrina quisquam esse geographus: esse

Cosmogrus magnus: historicusq; queat?

Adde: sit et iuuenis: sapiens: pulcherrimus: equus:

Sitq; potens dominus: sit quoq; magnanimus.

Maxime rex: aliquem: talem: tantumq; videres:

Adortalem: an potius dixeris ethereum?



Ad lianoram reginam.

Ia terras regina polo delapsa sereno:

Astrozum causas quam didicisse scio:

Si libet ignaro causam hanc expone cataldo:

Quo tibi debebit nostra camena magis.

Cur deus interdum pluuias demittere ab alto

Denegat: et nullis roribus arua rigat?

Illaq; deplorat moestus semusta colonus:

Et querulus multo murmure sicca dolet.

Postmodo multifluis et crebris irrigat undis:

Et siccam nimis imbribus implet humum.

Colligit et letus sparso de semine fruges:

Et sibi centeno foenore reddit ager.

Causa grauis latet hec: doctis soluenda vetustis:

perspicuam quam tu reddere sola potes.

Sola licet talem valeas dissoluere nodum:

Rex tamen id tecum fac precor vt videat.



Ad alphonsum principem.

Qui tot reges concedunt regia proles:

Quo cui plus alijs lingua latina placet:

## Epigramatum

O qui spes populis: qui spes es utriq; parenti:

Leta fronte precor: hoc epigramma legas.

Inuicto regi dubium quod fecimus: illud

Sponte semel lectum protinus exposuit.

Sic tu iocundus mores imitare paternos:

Solve tuo sensu tale mihi dubium

Si quis equum clarum semperq; per ardua fortem

possideat: quo non dignior alter eat.

Qui ve sit assuetus cursu: qui vincere bello

Novit: et in nulla repperit arte parem

An ne bonum in stabulis depasci pabula censes?

Ducere marcentes ocia longa moras?

Et cupidum retinere diu: retinere ferocem?

Quecunq; inclusus tempora lesus agat?

Nec non consuetos cursus camposq; peroptet?

Feruidus horrendo calcibus ore fremat?

An melius ducis solitos permittere cursus?

Et sinere ad strepitus: quos cupit ire suos?

**B**

Ad alphonsum principē.

Acephalus nullū robustis traditur armis

Preter alexandri: sustinuisse ducem.

Si tamen hoc nostrum fato remearet in eum:

Sentiretq; pij principis ingenium:

Sentiret magnas vires: animiq; vigorem:

Illius in dorso sponte subiret onus.

**N**

Ad ioannem regem.

Adasti in ceruos et apros venabula nuper

In mauros forti nunc capis arma manu.

Id mea portendi magnum presaga videbat:

Id mea non frustra mens meditata fuit.

Non ita romanus letus traiecerat olim:

Ut tua gens alacris ad fera bella venit.

O me felicem: cui te sub principe nasci

Contigit: hoc tanto glorior officio.

Glorior: et mecum tacitus ventura reuoluo:

Dum tua gesta canam: non mihi paruus honor.

Notus es in terris: per me notissimus ibis  
 Gaudebit proprio quisq; fouere sinu;  
 Interea supplex: tibi dent ad prelia palmam:  
 Et natum: et matrem monte eremita precor.

¶ Ad eundem.

Gratia dat vitam cunctis: si gratia desit:  
 Dic qua re in terris omnia non pereant?

¶ Ad iohannem regem de  
 victoria aphyrica.

**N**on frustra rex diue fuit mea musa locuta:  
 En tibi palmifere premia militie:  
 Vicisti tandem infidos maurosq; feroces:  
 Non aliter regi debuit esse pio.  
 Quondā fusca tuos timuit nimis aphyrica patres:  
 Nunc magis horrendus omnibus vnus ades.  
 Felix principium felicia cetera monstrat:  
 Aptior hec etas ad meliora venit.  
 Et tua laus tanto predarum maior habenda est:  
 Quanto cum mauris per freta maius iter.  
 Quinetiam multo laus hec prestantior omni  
 Quod citius iussu preda recepta tuo.  
 Gratantur populi: gratatur gens bona christi:  
 Ast ego pre nimia gestio letitia.  
 Bestio (cum nullum deceat gestire virilem)  
 Quod valere preces: quodq; ea gesta canam.  
 Adde modo felicem: vere modo clamo beatum:  
 Vertice iam video: tangere summa poli.  
 Nunc nunc qui fuerat fortis: fortissimus hinnit:  
 Currereq; in campum seuior ardet equus.  
 Jam capies tali plures ductore triumphos:  
 Lujus magna fuit vincere semper opus.  
 Hic est: cui totiens palmas post terga reuinctas  
 Certauit quotiens: hostis ubiq; dedit.  
 Classe rhodon repetens: maurū: qui dicit albus:  
 Tyrrheno pugnans equore perdomuit.  
 Sepe ducem tantum teucris sensere prophani:  
 Lum teucris sensit india: sensit arabs.

Epigramatum

Et: quoniam miris mundū virtutibus ornas:  
Dij tibi felices dant numerare dies.  
Ergo pares iterum bello rex maxime vires:  
Ad maiores sperans hostibus exuias.

**A**d iohannem regem.  
Sto cuncta solent humana senescere mūdo  
Et fieri longa deteriora die.  
Flores: inq; dies ultra iuuenescere quicquā  
Si videas: quidnam dic mihi grande latet?  
Rursum: spectantes ea res iuuenescere cogat:  
Humano nūquid roboze maius habet?

**A**d didacum.  
Siquid agam: me forte rogas hoc tpe: dicā  
Londimus imensum didace regis opus.  
Idq; ego perficiam volucris velocior euro:  
Si pateat nostro pinguis agellus equo.  
Quod si currenti magnū: macra pabula dentur:  
Vix medio fessus tramite portet onus.  
Anius arbitrio regitur res clara duorum:  
Si cessem: cuius damna minora putes?

**A**d eundem.  
Sepe iaces tristis: potes hanc nec noscere causam:  
Ignote faciunt didace litterule.  
Inter opes multas: hoc tu si muneris addes:  
Omnibus excultus clarior ibis auis.  
Temporis interdum frustra te poenitet acti:  
Quod non perdideris effice ne doleas.

**A**d eundem.  
Regia supplicium merces tam lenta videtur:  
Talem ego mercedem si peto: dispeream.  
Hoc infelices cruciantur tormine vates:  
Unde nouū genus hoc dic mihi supplicij?

**A**d eundem.  
Andreas venit romana nuncius vrbe:  
Et tamen: vt fuerat: res mea nulla manet:

Didace: quē credo nonisse malumq3 bonūq3  
Et totum totiens scribe quid hoc faciat.

¶ Ad eundem.

Quositos habeo multos clarosq3 sodales:  
At tu de multis hic mihi solus ades.  
Non rebus non ore iuuant: non gaudia sumo;  
Qualia vincit amor poscit amicicie.  
Ergo tibi soli mea cum cōmittere cogar:  
Non ne mihi plus q3 cetera turba vales?  
Ligna sagax et saxa loqui natura negavit:  
Et penitus nullo murmure muta tulit;  
Si tamen in magnum catulos latrare leonem:  
Atq3 illum rapido dixeris ore rapi:  
Jam sensu capto clament hululatus ipsum  
Ipsulum de celi sedibus esse iouem.

¶ Ad eundem.

Cui comes est virtus: mores: facundia: non ne hic  
Ad armorea turri fortior esse solet?  
Id puto bessario se se testante probaret:  
Si non iecissent fata seuera manus

¶ Ad eundem.

Quere nouū tibi: qui rhetor tāta abdita pandat:  
Laraq3 regine dicta poesis agat.  
Comprehensum tenet alter amor: vincitūq3 catena:  
Ad quenq3 dominus non sinit ire nouus:  
Quid facies? vario versabis pectore curas:  
Aut venias: aut vt didace soluar: agas.

¶ Ad eundem.

Adusa dolet: nullaq3 canit dulcedine versus:  
Adusa nec a primo cedere proposito.

¶ Ad eundem.

Adulta refert: sed pauca facit: mihi didace parcas:  
Non hoc excelsos: magnanimosq3 decet.

¶ Ad eundem.

Illa seges: quam tu speras: nisi decidat imber:  
Florida que fuerat: sicca iacebit humi.

Epigramatum

Ad eundem.

Maui: arator: equus: quando sibi debita defunt:  
Non tranat: nec arat: nec bene currit iter.



Ad iohannem norognam.

Esterno norogna die: cū virginis edem  
Nostra petiturus limina: purus adis:  
Tota domus letata fuit: leteq; camene:  
Gauisa in primis calliopea fuit.  
Quinetiam mons ipse sacris confertus oliuis:  
Aduentu cepit gaudia summa tuo.  
Psallere coeperunt dryades: longasq; choreas  
Ducere cum musis instituerē meis.  
Quiq; erat obductis obscurus nubibus aer:  
Effulsit toto candidus ille die.  
Et modo plaudentes palmis (nec falsa) canebant:  
Te iuuenum firmis vocibus esse decus.  
Te modo nobilium certabant sanguine primū:  
Et fore: cui cingant pilea rubra caput.  
Atq; ita per totam noctemq; diemq; vagate:  
Adolli instaurantes accubere toro.  
Mei mihi: q; nimio dilectus amore videris:  
Non meus has nymphas: sed tuus angit amor.  
Destituent montem: desertum meq; relinquent:  
Hoc illud fuerat: hoc pietatis opus.  
Visere virgineum templum: te visere amicū  
Factasti varijs proditor insidijs.  
Deniq; capta suū si turba sequetur amantem:  
Ipse quoq; inuitis dentibus vsq; sequar.

Ad eundem.

Non hyemare mihi frondoso in monte molestū.  
Estuo nam medijs sudoq; frigoribus.

Ad eundem.

Da mihi te facilem: faciles da versibus aures:  
O spes: o vite durq; comesq; mee.  
Quis gemmas: aurumq; bono preponat amico?  
Diuitias: solas iudico amicitias.

Ille autem: quem scis; alium sibi querat amicū:  
 Totum etenim posthac te decet esse meum.  
 Tali ego damnavi poena: et torquebo merentem:  
 Horrendas quod me iecerit in tenebras.  
 Verum si binos errores corriget: ultro  
 Concedam partem forsitan ipse tui.  
 Ergo mone: si forte velit commissa fateri:  
 Si velit: ignoscam: si neget: acta sequar.

**C** Ad Joannem regem.  
**Q** Emma vago preciosa pij mihi principis istat:  
 Sed vereor medio deserat aura salo.  
 Fonte tuo quotiens nitidā nos hausimus vndā:  
 Excitat arentem tum magis illa sicim.  
 Adaxima terrarum: et rerum fultura labantum:  
 Solue quid interius res habet ista: precor.  
 Si solues: merfas reuocabis ab equore musas:  
 Si minus: induces tu mihi moesticiam.

**C** Ad neapolitanos de con-  
 trario stigmoso.  
**Q** Veritis vnde habeat laceras cōtrari<sup>9</sup> aures  
 Undeque sint vultu stigmata foeda suo.  
 Nota fuit multis causa hec: et sepe recepta:  
 Non aliter faceret fabula nostra fidem.  
 Forte per insolitos ibat contrarius hortos.  
 Atque suo minimū more legebat olus.  
 Illi moris erat pellem vestire lupinam:  
 Sub qua illum vere dixeris esse lupum.  
 Jam dudum croceis surgens auroa capillis:  
 Lurrere phoebeos pone videbat equos:  
 Huc crispinus apros venatum venerat: et cum  
 Prospicit hunc: socijs en lupus inquit adest.  
 Currit equo: celeresque canes: cupidosque ferarum  
 Conuocat: et forti ducitur hasta manu.  
 Ille fugit: fugiensque cacat: quos gestat amictus:  
 Et miser ingenti voce petebat opem.

## Epigramatum

Nec mora: preda fuit: nam ariontus dentibus illū  
Vulnerat: et raptum terq; quaterq; quatit.  
Tunc dominus clamat canibus: dimittite predā:  
Vade retro: occisam pone arionte feram.  
Eripit hunc tandem laceratū et sanguine foedū:  
Quem vel lupum credit: carus amicus erat.  
Inde miser laceras habuit contrarius aures:  
Indeq; stant vultu stigmata foeda suo.

¶ In carolum.

**Q**uare mille deū dic qua re numina poscis?  
Principium vt toto corpore maius eat?  
An non vidisti ceruicem pictor equinam?  
An tibi tam durum quod monet ille putas?

¶ In musephilum.

**D**ic mihi mutasti qua re musephile nomen?  
Id puero (dicunt) non tibi nomen erat.  
An quia sis musis omnino deditus: an quod  
Figatur gladio musca tenella tuo?

¶ In lippum.

**I**n mihi lippe velis nūeratos rōdere nūmos  
Omnia que de te sentio: iam referam.  
Ergo tue noli nūmos preponere fame:  
Si tu vis nostram pessime amicitiam!

¶ Ad angelum.

**A**gele restituat lipposum sepe moneto:  
Que mihi blandidula sustulit era prece.  
Si mihi tam gratum facies hoc munus amico:  
E nostra nullo tempore mente cades.

¶ De ceco nomine lippo.

**A**per vt est solit<sup>o</sup> dū lipp<sup>o</sup> obambulat urbē:  
Forte via in media pauper asellus erat.  
Trudit vterq; caput: parce inquit lipp<sup>o</sup> asello:  
Parce o frater: nil lumina nostra vident.

¶ De lippo et marullo.

**A**rus erat lippus cerebroso forte marullo:  
Est tamē amborū nūc male fracta fides.

Phoebe mihi faueas istorum bella canenti:  
 Et mihi da faciles calliopea sonos.  
 Dic: tibi quod mecum est ait vnus: at alter ineptus  
 Sed tibi quid mecum? ve tibi ni taceas.  
 Sit paris hic aliquis qui nos modo iudicet abos:  
 Et qui victor erit premia certa ferat.  
 Ad summam: gallum petit hic: petit ille catullum:  
 Atque interdum suscitatur ira faces.  
 Nunc aduerte: faceta est res: et digna notatu:  
 Quanta infelix verbera vterque tulit.  
 Duriter oppugnant: oculos ubi perdidit vnus:  
 Dente petit nasum durius alterius.



**A** De auaro et coruo.

Ore cibum meritum coruo subduxit auarus:  
 Sed merita ingrato poena soluta fuit.  
 Effodit domino sopito lumen vtrunque:  
 Quod dignum facinus: quae bene fecit auis.

**A** Aliud.

Credite et alitibus sunt sensus: coruus auaro  
 Quod cupido meritos tolleret ore cibos:  
 In medijs rostrum somnis iniecit et vngues:  
 Vindicat et raptis hunc fera luminibus.

**A** Aliud.

Coruus auare tibi non pastus lumina pauit  
 Quid sit disce tuis tollere praue cibum.



**Q** De hercule maluicio.

Quis in hercules fabiorum non fuit olim:  
 Fortiter ad cremeram cum cecidisse ferunt  
 Qualis in herculeo prefulsit pectore virtus:  
 Pro christo in teucros dum pia bella gerit.  
 Et si fata suo nocuerunt impia marti:  
 Hinc tamen eterne premia laudis habet.  
 Namque nihil mirum est: alienis rupibus vnum  
 Turba canum instantem maxima fragat aprum  
 Quod ni pacta fides sedasset prelia: multo  
 Inuicta caderent corpora plura manu.

## Epigramatum

### De vita lenonum.

**D**estima lenonū: quā vel rex ipse timeret:  
Bens est: deterius qua nihil esse reor.  
Et subita: iracunda: vorax: temeraria: et exlex:  
Que nunc vnanimis nunc inimica fera est.  
Et quo quo vnus ait: si forte sit obuius alter:  
Est ne aliquid: quod pro te hic meus ensis agat?  
O bene res se habet: expector iā iā hic prope muros  
Expectaris: eas ocyus: ipse sequor.  
Ad loca conueniunt ceu sint ad pocula ducti:  
Ipsonit et ex humeris pallia quisq3 suis.  
Stringe ensem hic cornute inquit: iudee mihi ne?  
Horrendis clamat seuior ille minis. |  
Alcius oppugnant: certatū vbi tā bene vtrinq3 est:  
Hic nasum: ille oculum colligit: iste manum.  
Sic sua felicem ducunt per secula vitam:  
Tale nisi peius viuere morte foret.

### De lippo et marullo.

**G**at sua quatriujs alienaq3 carmina lippus  
Nulla domi soleat cur recitare refer  
Limicibus fetidis et demptis muribus illic  
Ipplaudere quod possit nouit habere nihil.  
Quid ve marullus agit: reboat per cōpita nugas:  
Quas tamen esse suas foede catulle negas.  
Iudiciumq3 grauis cunctis de vatibus affert:  
Hic minor est illo: doctior hic alijs.  
Et nunc barbarie vallam vocat iste parentem:  
Nunc pater est inquit: ipsaq3 barbaries.  
Est vbi constrictus verum hic expromere: dicit  
Clari sunt omnes: optimus ipse feroz.  
Ipontanū: totiens nigro quem dente momordit:  
Ipresentem: vatum iam decus esse canit.  
Improbe cum soleas doctos lacerare: bonosq3:  
Ipacces ipsos dilaniare deos:  
Ipurelium dimitte: nequis: tibi frena reponam:  
Iteq3 capistratum dure caballe feram.

In neapolitanos: magnificien-  
tes quendā pseudo poetam.



Uenerat aurata mirandus veste poeta:  
Bellus homo: sed habens nescio quō vitij:

Lurritur auditum lasciuia voce tumentem:

Leca es: nec verum parthenopea vides.

Hic ubi conscendit pluteū: venerandus ad omnes

Lumina conuertens: ista pudenda canit.

Ille ego sum vates (preclari aduertite ciues)

Qui sua gorgoneis tempora merfit aquis.

Fama mea est ingens: spatiosum quō occupat orbem:

Exornat meritum laurea sacra caput.

Sum quoque (credatis) generoso sanguine natus:

Maioresque patrum gloria summa fuit.

Talia narranti vir quidam dixit: amice

Non ne ego te noui: num scio qui fueris?

Impulit huc quo te vento fortuna nocentem?

Tyrrhena pulsus diceris e patria.

Palluit: et soliti vultum liquere colores:

Et quid agat: nescit: sed magis inde stupet.

Turba rapit talem cupientem vera fateri.

Hic pugnis petit hunc: ille vel ense petit.

Verberat insane gens hunc dum stulta iacentē:

Addit et ad se uas: ni tacet: arma: minas:

Ecce vir huc senio: plebi: populoque timendus

Venit: et hec sano pectore firma refert.

Quid facis o ignara boni: quo labere preceps?

Alh misera: innocuum: veridicumque necas.

Manque tuo hic verum dixit de vate: quod ille

Exul ab antiqua venerit hec truria.

Qui licet aspectu censeo: videatur honestus:

Et sua verba licet verba catonis agant:

Est tamen ipse grauis fraudū: scelerūque magister:

Cui breuis hora ferum deteget ingenium.

Insanas cohibere manus: dimittite iustum:

Quin veniam manibus poscite supplicibus.

Epigramatum

Ipse ab eo: quid vos decet et nunc vos quod oportet

Moscite: ne facti postmodo poeniteat.

Inuisus nautis cum turbat aquarius equos

Tempus erat: virides cum ciet eurus aquas.

Nec dum purpureo ver sparserat arua colore:

Certa tamen senis est verba secuta fides.

Multa hic comisit sceleratus crimina vates:

Que mea virgineo musa pudore tacet.

Postquam subtraxit nummos turbamque sefellit

At solet hinc celeres arripit ille fugas.

Musus et uxorem dulcesque relinquere natos:

Nec tener illozum flectere quiuit amor.

Et quia sic tantus discessit ab urbe poeta:

Hinc puer: hincque senex: balbaque ridet anus.

Inunc et tales venereris credula mimos:

Leca es: nec verum parthenopea vides.

**C** Ad georgium regis filium.

**S**ilue etate puer: senior mature sophia:

Lui sapere ex alta contulit arce deus.

Succurras patri: possim succurrere patri:

Expectat sicco gutture paulus aquam.

Quam nisi tu mittas: nulli fas mittere: solus

Perfundis quemuis roibus oceani.

Incipe magne cato veros discernere vates

Arbitrio pendet docta thalia tuo.

**C** In edibus pomarij.

**N**on hec alcinoi: non hec pomaria tullii:

Desperidum credas nec geniale nemus.

Finxit: quem muse: charites comitantur et ales:

Al forti petrus pectore dictus homo.

**C** Aliud.

Ad oesticiam quicumque studes propellere: tende huc.

Bina ter in pario lumina fonte laua.

Letus eris: gratesque deo petroque secundas

Solue homini tanti qui tibi causa boni.

¶ Aliud.

Collibus his quicquā humanū si videris vltra:  
 Ne stupeas: mirum disce quis egit opus.  
 Ars natura suas vires posuere: deusq;  
 Assensit: petri pro meritis hominis.

¶ Aliud.

Hunc natura situm posuit lymphasq; scatentes:  
 Sed: que digna vides principe: petrus homo.  
 Regius hec solito regalia more peregit:  
 Vtrum maius opus: hic polit: illa facit.

¶ Aliud.

Fer male retro pedē: aut palmas prius ablue: fas sit  
 Aurea iam lota sumere poma manu.  
 Nympharum sedes: et apollinis: aonidumq; est.  
 Petrum hominē: autorem turba secuta ducem.

¶ Aliud.

Artifices vis scire loci: dominumq; beati:  
 Petrus homo dominus: tres tamen artifices.  
 Jam natura situm: fontesq; hortos ve: domū ve  
 Orpheus: et querula fixit apollo lyra.

Epitaphium cataldi.

**Q**uator: vates: consultus iure: cataldus  
 Hic iacet: et secum calliopea iacet.  
 Dum celebrat reges: equites: tot regna: triumphos:  
 Ad aesticia perijt: frigore: febre: fame.

¶ Ad iannē regem.

**Q**uod mea musa tibi cecinit nil tēpore lōgo:  
 Causam: qua se se: meq; tuetur: habet.  
 Ad aestus eras: varijs circūdatus vndiq; curis.  
 Casu moerebant orbis: et astra tuo.  
 Hinc ego perdideram mentem versusq; canoros:  
 Alterius factus conditionis eram.  
 Nunc duce magne deo redeunt argentea cesar:  
 Aurea quin redeunt secula te incolumi.  
 Talis ades qualis quondam speciosus apollo:  
 Ad ortalem excedit pectoris iste vigor.

Epigramatum

Eia age per totum rex laudatissime mundum  
Da placidum vultum iam dabis ingenium.  
Sic opus heroo peragam modo carmine coeptum:  
Longa mora audenti sepe nocere solet.

Ad eundem.

Pastorum cum tu pastor sis optimus: hedus  
Fac ne pro cytisis absinthia linquat amara.

Ad aurelium.

**A**ureli nostra quondam cantate camena:  
Hec precor ut solita carmina fronte legas

Hic tu cognosces quanta est inscitia rerum:  
Et quam sit veri nescia mens hominum.

O curue in terris anime: et celestium inanes  
Unus ait: talis quam bene vox tonuit.

Alter ut aduertit scelerate crimina romae:  
Difficile est clamat scribere non satyram.

Qui mecoenatem fidibus cantauit amicum:  
Quam bene cantando crimina multa notat.

Num satyram tales merito scripsere poete?  
Hos utinam vates tempora nostra darent.

Nunquam tam seuos habuisti roma nerones:  
Quam seuos vrbs hec parthenopea parit.

Ecce iterum seculi iam surrexere tyranni:  
Et modo nescio que belua maior adest.

En quid ais: nunquid: caueas: hic contrahe remos  
Nescio quos vomitus dira charybdis habet.

Istud verum ne est: placidas cito solue per vndas:  
Nam volo sis tuto nostra carina sinu.

Non varium lector nostrum mirabere carmen:  
Hec quia materies tale petebat opus.

In quendam.

**Q**uam mihi tam faciles veniant ex tempore versus  
Num fieri nullo numine posse putas?

Hec tria non sapiunt tibi carmina: quod: bona non sunt:  
Hoc melius: quippe et nempe nimisq; satis.

Ad iohannem regem de  
medico et egroto.

**S**iquis erit: qui rem dignā luctuq; iocoq;  
Mosse cupit: cautus hoc epigrāma legat.  
Tradiderat medicus medicinam sedulus egro:  
Ille nihil duri corporis euacuat.  
En aliam magnā: tum septem pocula tradit:  
Purgat adhuc multo stercozis ille minus.  
Ex hac infelix medicus subit arte dolorem:  
Ipse quoq; egrotat: semianimisq; iacet.  
Te rogo: conditio medici peior ne iacentis?  
An miseri egroti nil vacuantis erit?

Ad eundem.

Grata iubes sperem: sed ego ingratissima cerno:  
Et fore famosis illa linenda notis.

In quendam.

Uxorem pulchram turpis vis ducere coniung  
Scindenda occultis frondibus arbor eris.

Ad ferdinandum cotinum.

**U**iuim<sup>9</sup>: atq; agim<sup>9</sup> grates ex corde tonāti  
Sic faueant posthac numina scā precor:  
Uidimus antiquā septam: tingenq; superbam.  
Antheiq; domos: herculeumq; specum.  
Montibus admissum geminis tranauim<sup>9</sup> equor.  
Ihei mihi: quot mens hic fluctibus icta fuit.  
Huc illuc iactati tandem has prendimus oras:  
Et manet in nobis qui fuit ante vigor.  
Inuide pestiferam linguam compesce monemus:  
Si secus: arduentes experieris aquas.



De rationibus regni

in rebus et personis

¶ Quia est in rebus et personis  
liber secundus in rebus et personis



¶ De rationibus regni  
liber secundus in rebus et personis

De rationibus regni

¶ De rationibus regni  
liber secundus in rebus et personis

De rationibus regni

¶ De rationibus regni  
liber secundus in rebus et personis



¶ De rationibus regni  
liber secundus in rebus et personis

¶ De rationibus regni  
liber secundus in rebus et personis

¶ De rationibus regni  
liber secundus in rebus et personis

¶ De rationibus regni  
liber secundus in rebus et personis






...metastis.  
...naurozū strage.  
...regio sanguinis: sed le  
...is: et in magnū premi  
...nrit vtozem. ex qua duo  
...omode: decēterq3 partito  
...semper p fide cesarissime te  
...ge: et latrantes tua sola taciti  
...stabis deo et vtriq3 hesperie  
...u erfus sycophantas animū d  
...licto parnaso castalioq3: sarda

¶ Comes alcorini

**D**acet mihi ista tua in  
quādam sapiat: q̄ mi  
cōfideres alūnis. post  
pā trāfferēt. Ad ea q̄ petis  
tāto digna nomie. s3 m  
rib<sup>o</sup> ānis ipe  
stuni v  
fin

Da ultimate fl.  
des Epistolae, l. 19  
Nad faltà mesta exemplar

1872



CAT. AQVILE  
POEMATA  
ET  
EPISTOLE

VAL. FERD.

VLYXBONE

M. D.

R  
37  
10

F. D.